vno genere. V.g. vt ignis fiet ex aere: et aer ex aqua: et aqua ex terra. omnia eni3 ista sunt cause conuenientes in genere: qr oes sunt eiusde3 materie et diuersant in specie. ¶ Sed dices φ ista pars non differt a prima. Idem enim videt intendere in vtroqz dicedu3 φ in secudo intelligit in diuerso genere cause: et si exemplificauit in illo eode3 hoc facit sm vim exempli: no sm veritate. ¶ His habitis dico φ trib9 primis modis est impossibile pcessu3 sine fine in causis: sed solu in quarto modo: et hoc seruata vna ca eterna: vt iam dixi in dubitatiois secunde solutioe. ¶ Sed dices: quare dicunt cause accidetaliter ordinate: et alie essentialiter ordinate. ¶ Secudo quero quare potius inconuenit de eentialiter ordinatis φ de accidetaliter ordinatis. ¶ Ad prima3 dicedu φ ordo est prioris ad posterius: et hoc est comune tam causis eentialiter ordinatis φ accidetaliter ordinatis. differut aute3: qm qn prius ita est prius φ oino nec esse: nec imaginari pot posteri9: et posterius ita est posterius φ in re: nec esse: nec imaginari pot prius: est ordo eentialis. qn vero accidit priori φ fuerit prius: et posteriori φ sit posterius: tunc ordo est accidentalis. Exempla sunt: qm sol ita prior est φ vt sic nullo modo esse: nec imaginari pot post homine. similiter deus: ita prior est sole φ nec esse nec imaginari pot post ipsu3: eo qr esse homis ptinet essentialiter in sole: et esse solis eentialiter continetur in deo. ideo est oino essentialis ordo. Exemplu secudi. Socrates est prior Platone: attame pot esse ecotra: qm ista differunt tantu accidetaliter. et ideo accidit φ vnus sit altero prior vt vides. ¶ Ex his soluitur prima qo. dicutur eni3 accidetaliter ordinate: qr accidit extremis φ sint extrema: illa quoqz essentialiter: qr eentialiter sunt extrema: et hoc dicit Auer. 8. phys. com. 47. ¶ Ad secuda3 qonem respodet Auer. 5. physicor. cometo. 13. in fine. cuius resposio consistit in hoc: qm essentialis ordo requirit extrema actu: et media actu: sed accidentalis: nec per se: nec necessario requirit extrema actu. sed accidentaliter et contingeter: et ideo si cause eentialiter ordinate essent infinite: tunc simul in eode3 instanti eent entia actu infinita: non sic est in accntaliter ordinatis. et hoc dicit ibide: et qr moderni. i. loquetes sue legis no distinguut illud qd est per se: et illud qd est per accides. i. inter ordine3 aliquoru per se et accidetaliter: estimauerut φ sequitur ex hoc φ si homo semp generet ab homine: et primu non fuerit: et postremum no erit: et no est ita: qm primu3 est: qd est sol. et intelligentia operans motu illius. vult dicere in essentialiter ordinatis. homine3 aut generari ab homine in infinitu3 est verum per accides: et non per se: et per coseques non op3 vt si vltimu fit: sit primu3: et ecotra. si non est vltimu non est primu: qm essentialis ordo requirit extrema actu: accidetalis aut per accidens: et stat primu3 no esse: et posterius esse. ¶ Sed dices, si inter illa est ordo accidetalis. ergo no op3 vt sit sempiternus iste ordo in successione vnius post alteru3. ¶ Rndet Auer. in. 8. cometo. 47. d. impossibile est vt ista sint: nisi ponat hic aliquod motu3 ex se continens oia ista aliquo mo continetie: vult dicere in potentia: et sic apparet tota solutio huius qonis. (Sed id.) Nunc respondet argumeto eius de animab9 infinitis. erat eni3 argumetu. anime sunt actu infinite. anime sunt eentialiter ordinate. ergo aliqd eentialiter ordinatu est actu infinitu3 in tertia figura: et per psequens ptr co

In cais accidetalr ordinatis pcedere in infinitu est possibile.

Dria inter ordine eentiale et accidentalem.

Dubitatio. Solutio.

uersionē in parte aliqd infinitū est in essentialr ordīatis. ¶ Ad hoc respōdet ꝛ primo repetit illud.d.sed id qd dixit nomine Auicē.vz.ꝙ pñt esse infinite aie: qꝛ infinitas nō est impossibilis nisi in reb⁹ situatis.deinde respōdet.d.dicim⁹ ꝙ sunt verba falsa:ꝛ rñdet formaliter negando maiorē.d.ꝛ nullus veractuz phoꝝ cōcedit animas esse infinitas.imo potest ostēdi demonstratiue eius oppositū:ꝛ hoc impossibile modo vli.i.vniuersalr ꝛ omnib⁹ modis est dictū in precedētibus a nobis.s.in prima disputatiōe:in solutiōe quinti dubij.ergo nō sequitur phos aliquod suoꝝ argumētoꝝ rōne huius questiōis.vz reperiri animas infinitas in actu.quasi dicat.ergo peccat rō in minori.(Unde hmōi.)hec littera reperitur sic.vnde hmōi rōne conati sunt aliqui opinari translatiōez animarū.anime eniz humane distinguuntur in numero corporū ꝛ remanēt in perpetuū. Si littera sic stat videt mihi ꝙ ipse velit tangere eos qui vsi sunt rōne Alga.ꝛ quasi dicant ꝙ illi sunt qui probāt animas moueri de loco ad locuz.dicit ergo.vnde hmōi rōne.s.Alga.conati sunt aliqui opinari translationē animarū.i.animas moueri translatiōe.i.localiter.eniz pro qm̄ post mortez anime humane distinguūtur numeratiōe corporū in quibus iam fuerunt:ꝛ post que remanēt in perpetuū.vult dicere ꝙ est argumentuz validū apud eos qui supponūt hoc.s.ipsas remanere in perpetuū:ꝛ numero diuersas ſm corpora in quib⁹ iam fuerunt: nō tñ dz acceptari apud phos qui negant illud. Sed alia littera est sic.vnde hmōi rōne conati sunt aliqui opinari translationē animaꝝ:qd est impossibile.anime eniz humane distinguūtur numero numeratiōe corporuz ꝛ nō remanēt in perpetuū.ꝛ tunc sermo eius est manifest⁹ ꝑ se.vult.n.dicere ꝙ aīas moueri localr est impossīe:qm̄ ipse nō sunt numerate post mortez:cum tantūmodo numerent per corpa in quib⁹ sunt actu:post que nō pñt remanere numerata in vna specie.

Scda qō. Sed circa ista potest eē qō.vtrum si anime humane sint multiplicate in vna specie pñt remanere numerate post exitum earum a corpore:vt videt sermo secū de translatiōis inuere pro ente impossibili. ¶ Ad hoc latini dicunt ꝙ anime humane pñt numerari

Pō latinoꝝ per corpora per que fuerunt.s.per habitudines ad illa.aīa eniz Socratis est ab alia ab aīa Platonis post mortez:qm̄ remanet in ea habitudo alia ab habitudine alteri⁹ qꝛ.s.fuit alteri⁹ corporis. ¶ Licet


Impugnatio. hec respōsio sit ſm legez vera.ꝛ per cōsequēs simplr solent phi sic arguere cōtra hoc.adducā ergo argumēta coꝝ cōtra illam.ꝛ suppono pmo ꝙ vnitas qua vnū indiuiduū est indiuisuz in se ꝛ diuisuz a quolibet alio eiusdē speciei est ita ꝓpria eē indiuiduo: sicut vnitas communiter capta ipsi enti cōiter capto.hoc est manifestū:qm̄ est eadem rō entis ꝛ vnius entis hoīs:ꝛ vnius hoīs.vt Aristo.tradit in metaphysica.tunc arguo ꝛ quero.vel ista habitudo est eēntialr ipsa eēntia aīe

Primū argumētū. vel accñs illius.si eēntialr eēntia.ergo a quocūqz aīa habuit istud eē vnū habuit eēntialr eēntiā:sed a mā habuit istud eē vnū.s.qn̄ fuit in eo.ergo ab ea habuit eēntialr eius eēntiaz:ꝛ per ꝯñs ita sicut forma asini:qꝛ eēntialr depēdet a mā:non pōt esse sine mā: ita ēt ꝛ forma hoīs nō posset esse sine mā:eo qꝛ eēntia eius eēntialr fuit a mā: eo qꝛ eius habitudo:que est sua eēntia ſm rem fuit a mā. Si vero dicat ꝙ hec habitudo est accidēs ipsi aīe numeralr sumpte:tūc arguo: qcqꝫ

essentialius & interius inest ipsi aie inerit prius ipsi illud qd ei inest
per accidens. sz ex supposito vnitas inest essentialius habitudo.
ergo anima ꝓus erit vna numero sibi insit habitudo illa que est ei
accidēs. Et hec ratio tangit ab Auer. 7. meta. comē. 2. vbi ait. in hoc
ergo caplo intēdit declarare ꝙ quiditas indiuidui substātie prior est
in esse quidditatibus accidentiū: indiuiduū enim sube ꝙ prius sit aliis
indiuiduis accidentiū manifestū est per se. vult dicere ꝙ ideo quidi-
tas substātie prior est quiditate accñtiū indiuiduū illius est prius
indiuiduo accidētis. ecce quō tangit illam vim. ¶ Scdo arguo: qm Secundus
Aristo. 12. meta. vt ibi exponit Auer. comen. 49. & Thomas: probat
vnitatem mundi & ꝑmi motoris: & coponit syllogismuz sic. quecūqz
sunt numero multa: multā habēt materiā: sed primus motor non hz
māmꝫ. ergo in scda figura ꝑmus motor nō est plus vno in specie eius.
modo assumo maiorē Arist. & arguo addēdo istam. s. oēs aie separa-
te non hñt materiaz. ergo non sunt multe in numero: qd est ꝓpositum. Responsio.
¶ Ad hoc dices ꝙ Aristo. intendit sic maiorē: quecūqz sunt numero
multa habēt materiā actu vel habitudine. modo assumēdo minorē
Aristo. deus non hz māmꝫ actu nec habitudine: & minor tua falsa est
scz aie non hñt materiā actu nec habitudine: qm saltez hñt illam in
habitudine. ¶ Sed cōtra. qm maiorē habitudinē ad materiaz dicit Contra.
vniuersale māle anima post mortē: qm vniuersale ꝑ identitatē est
in mā: sed aīa nec per identitatē nec per copulationē: sed vle non pp
illud dicit indiuiduū simplr: imo absolute dicit vle. ergo & multo ma-
gis anima dicit plus vlis. ¶ Scdo ꝯtra idē arguo ex dictis in ꝑmo
celi. vbi vtitur illomet argumēto: nā ꝓbando illā maiorē ait ꝙ aliud
est hoc celū: & celū simplr. & hoc quidē vt species & forma. hoc autez
materia mixtum. Deinde subdit quibusdam interpositis. d. quorum
substantia in materia est plura & infinita entia eiusdez speciei. modo
arguo sic. ista ꝓpositio: quorum substantia est in materia sunt plura
indiuidua: vel intelligit de materia in qua sunt actu. vel in qua sunt
in habitudine. si primum: ergo maior. illa bene fuit assumpta: & mi-
nor fuit multo melius accepta sub maiori. Si loquitur de materia in
qua est in habitudine & non actu: ergo non bene dicit ꝙ celum sim-
pliciter & hoc celum differunt sicut forma & materia: quoniā celum. i.
vniuersale saltē māle est in materia ꝺm habitudinē: & sic oīno intelli
git de re prout est in materia actu. ¶ Sed dices ꝙ ibi Aristo. est in Fuga.
parte argumētatiua: qm vt dicit Auer. ibi comēto. 92. Arist. arguit Contra
pro vna parte qōnis. ¶ Sed istud est fuga. qm Aristo. pro qōne acci
pit illam opinionē & illam ꝓpōnem tanꝙ veram: vt apparet comē.
95. & eam nō negat. ¶ Tertio & vltimo arguo. vel tantā vnitatē ma- Tertium.
terialem precise habuit anima duz fuit in corpore quantā habz post.
vel minorē: vel maiorē. maiorē nullus diceret: nec minorez: qm hoc
nō esset: nisi qz anima post mortē esset indiuiduū vagum. & in corpo
re fuit indiuiduū signatū: & qui dicit hoc stultus est. Si tantaz: ergo
cum in corpore fuit cōpleta in specie apud eos: per hoc enim fuit in
materia vnita: vt ponunt: ergo & nūc est indiuiduū cōpletū in spē. &
per ꝯñs nunꝙ erit vnibilis ipsi corpori sicut nauta naui: cuius cōtra-
rium ipsi dicunt. dico ergo ꝺm phiam Arist. & Auer. ꝙ numerus indi
uiduorū nō nisi per māmꝫ in qua actu sunt hz fieri: & qz igit anime post

mortẽ sunt sine mã actualr: vt scis. ideo dicit Auer. ꝑ celi. cõ. 9. ꝙ oẽ qd non est in mã declaratũ est esse impoſſe inueniri plus vno indiui/duo in spẽ. ꝛ sic diceret ꝙ oẽs essent vna aĩa numero oĩum: sicut vi/sum est in expositione tertij de aĩa. ¶ Sȝ he rõnes non cogunt cõtra
Solo ad p/main. nos. ¶ Ad primã dicẽdũ ꝙ illa habitudo est ipsa aĩa eẽntialr diffe/rẽs in mã ab eadẽ: tñ nõ ꝓp hoc eẽntialr depẽdet a mã: cũ mã nõ fue
Ad scdam. rit causa eẽndi simplr aĩe: sȝ essendi in corpe: vt pȝ. ¶ Ad scdã ȝ dicẽdum ꝙ argumẽtũ cõcludit illã eẽ intẽtionẽ Arist. nõ tñ intẽtio Aris. in hoc est sustinẽda. imo Arist. ꝛ Auer. in hoc errauerũt. Et ꝑ hoc idẽ ad cõfirmationẽ ꝑmi celi. nõ em̃ dubito illã fuisse intẽtionẽ Aris. sed
Ad tertiã. teneo cum hoc ꝙ est Arist. illã esse falsaȝ. ¶ Ad tertiã dicendũ ꝙ anima hȝ ante ꝛ post mortẽ illudmet eẽ simplr: non tñ illudmet esse fm quid. ꝛ ideo post mortem non est cõpleta in specie: sicut nec ante vi/tam. vt patet.

ALGA. DVB. V



It Alg. rñdens pro phis: ꝛ si forte aliqs diceret ꝙ ꝓbatũ est cum perfecta demonstratione cãs non reperiri ad infinitũ hoc modo. aut qlibet illarũ causarũ possibilis est in esse: aut necessaria. scdm est fallum: qꝛ si ita esset non indigeret de causa. si primo modo. ergo totũ denominatur de possibilitate. ꝛ qdlibet possibile indiget de causa addita super eum, ergo totum illud indiget de causa extrinseca ab illo toto.

¶ Hic ponit viã aliã a ꝑdicta declarãdo qualr est venire ad ꝑmã causam. d. ait. Alg. rñdens pro phis: ꝛ si forte aliquis diceret ꝙ ꝓbatum est cũ perfecta demonstratione cãs nõ reperiri ad infinitũ hoc modo. (Aut qlibet.) posita intẽtione ponit viã Aui. d. aut qlibet illaꝝ causarũ polis est in esse. i. aut oẽs sunt poſſes esse: ꝛ poſſes nõ esse: aut qlibet illarũ est necia. i. neceẽ esse. ꝑmo destruit scdȝ mẽbrũ. scdo cõcludit ꝑmũ. d. scdm est falsuȝ. qꝛ si ita esset nulla illarũ indigeret de cã. ꝛ hec eẽnt simplr incausate: ꝛ ita nõ inuicẽ cãe. (Si ꝑmo mõ.) nũc cõcludit scdm. d. si ꝑmo mõ. g totũ denoiat de polítate. i. aggregatũ ex eis totum dr eẽ poſſe esse. ꝛ possibile non esse. Deinde arguit ex hoc propositum. d. ꝛ quodlibet possibile indiget de causa addita super eum: ꝛ tunc replices ꝓpositionẽ cõclusam tanꝙ minorẽ sic: sed totũ illud est possibile. ergo totum illud indiget de causa extrinseca ab illo toto: que. s. sit prima simpliciter.

AVERROIS.



Dicimus nos ꝙ hec demonstratio quã dixit Alga. noie phoꝝ tm̃ ab Auicẽ. reperit. Ipse enĩ meditatus est ꝙ dicta via veracior est antiquoꝝ via. Quia putauit ꝙ hec

via sumatur de substantia entis: et antiquorum via sumatur de accidentibus primo principio: aut consequentibus. Et dictam viam sumit Auic. a loquentibus. Ipsi namque opinati sunt quod notum est de se quod ens duabus diuiditur partibus. s. ad possibile et necessarium: et dicunt quod oportet quod possibile habeat agens: et quia mundus totus est possibilis: oportet ergo quod habeat agens necessarium esse. Hec est probatio secte mothizele. Et est sine dubio vera preter id quod dixerunt quod mundus est possibilis: et quodlibet possibile oportet quod habeat agens: hoc enim non est notum de se. Et Auic. cepit hanc opinionem per alios. propositionem vniuersalem: ita quod posuit intentionem possibilem in id quod causam habeat: vt ait Alga. Unde si dicta propositio absolute sumeretur non sequeretur diuisio predicta: quia id quod primo diuidit ens ad habentem causam: et ad non habentem non est diuisio nota de se.

¶ In hac dubitationis sol. primo innuit auctorem huius vie. d. dicimus nos quod hec demonstratio quam dixit Alga. nomine philosophorum reperitur tantum ab Auic. Deinde dat causam quare Auic. reputauit viam istam firmiorem via antiquorum quam narrauit. d. ipse meditatus est quod dicta via verior est via antiquorum dicta. Cuius rationem innuit et potest componi syllogismus. omnis via que datur per essentialiora enti: et primo principio est firmior via data per accidentia vel consequentia illis. hanc maiorem supponit et accipit minorem. d. quia putauit quod hec via sumitur de substantia entis et antiquorum via de accidentibus primo principio: aut consequentibus sumitur et dicit accidentibus aut consequentibus ad demonstrandum quod ibi non sunt propria accidentia: sed debent dici consequentia: et tunc suppleas conclusionem iam dictam. (Et dictam.) Nunc vult ostendere in quo hec via est vera: et in quo peccat: et ideo primo repetit illius rationem: declarando a quo sumpsit illam ipse. d. et Auic. sumit dictam viam a loquentibus: quod declarat. d. ipsi namque opinati sunt: quod notum est quod ens diuiditur duabus partibus scilicet ad possibile: et ad necessarium: supposito quod hec diuisio sit nota per se: et dicunt quod oportet quod possibile habeat agens. tunc arguunt sic: et quia mundus totus est possibilis: oportet ergo quod habeat agens necessarium ad hoc vt per ipsum perpetuetur: et addit quod hec probatio est secte mothizele. (Et est.) Ponit errorem rationis. d. et est sine dubio vera super secundum quid preter id quod dixerunt quod mundus est possibilis: et quodlibet possibile oportet quod habeat agens. ait quod hoc non est notum de se. imo super oppositum totius huius demonstratum est in fine primi celi contra Platonem. nullum enim possibile potest habere agens quo perpetuetur aliter natura contingens reuertetur in necessarium. (Et Auic.) ponit errorem rationem Auicen. quoniam quod omne ens sit possibile vel necessarium non est ita notum. ideo Auic. loco entis possibilis posuit habens causam et

loco entis necessarij posuit non hñs causam. dicit g. et Auic. hāc opinionē cepit. i. cōfirmauit p aliā ppōnē vniuersalē. ita φ posuit intētionē possibilē. i. hoc mēbrū eius pōle in id qd causam hz. et sup. et loco necessarij posuit non hñs causaz: vt ait Alg. (Unde si.) cōtra arguit Auer. d. vnde si dicta ppositio. s. omne ens aut causatū: aut causa sumit absolute: nō sequit diuisionē pdictā. i. nō equiualeret illi diuisioni: qm id qd pmo diuidit ens ad habēs causaz et nō hñs causaz non est diuisio nota de se: et per pñs non rñdet intēto: in quo volebat illam diuisionem reddere per se notam.

Tertia qō. Sed circa dicta tria. q. faciūt. pmo an pma diuisio sit per se nota. scdo an scda diuisio absolute sumpta sit per se nota et illi equiualēs. tertio vtrū aliqd possibile possit ab alio perpetuari: quib' habitis erit satis exposita solo dubij. ¶ Pmo arguit φ sic: qm passiones entis sunt per se note de ente: qm nullū pōt eē medium notius eis. ¶ Scdo. nullo mō in metaphysica: neq in nāli sciētia pñt demonstrari: ergo sunt per se note. ¶ Quantū ad istud dubiū vr mihi φ illa entis diuisio nō sit per se nota de ente primo: qm illud apud antiquos fuit valde quesitū: imo vt narrat Arist. in. 8. quidaz dixerūt φ omne ens est ens possibile: et sunt oīa in fluxu. vt pz. in. 4. et. 9. meta. dictū est. Preterea. in lib. 8. fuit illa diuisio demonstrata. ibi eīm demonstratū est genus substātiaꝝ abstractarū esse vt dicit Auer. cōmē. 3. octaui phy. et ibidē. cōmen. vlti. primi phy. t. 22. et. 26. scdi phy. et sic videt mihi. ¶ Ad primū φ passiones entis simplices et non sub diuisione forte sunt per se note de ente. Iste autem sub diuisione possunt a posteriori saltez note fieri. Et sic ad scdm. apparet eīm qualr pbatur ens necessariū esse per viam motus eterni in octauo. et ita saltem per viā philosophicam pōt illa demonstratio esse nota. Ex his verificat dictū Auer. p physi. cōmen. vlti. vbi ait. vnde Auicen. peccauit maxime: cū dixit φ primus phs demonstrat primū principium esse: et pcessit in hoc suo lib. de sciētia diuina. i. metaphysica per viam quam estimauit esse necessariā et essentialē in illa sciētia. et peccauit peccato manifesto. certior eniz illoꝝ sermonū. i. demonstrationum quibus vsus est. in hoc nō pertrāsit ordinē. i. metā sermonū probabilium: et iam causam innuimus huius alibi. vbi Joan. et multi in octauo physico. per ly alibi intelligūt in lib. de substātia orbis. ecce quō errant. ait enim in scdo physico. cōmen. 22. via autē qua pcessit Auic. in pbando primū principiū esse est via loquentiū: et sermo eius semper inuenit quasi medius inter loquētes et peripatheticos. modo arguo sic. in lib. de sba orbis. non est demonstratuz qualiter via Auic. est media quasi inter peripatheticos et loquentes: imo tm̄ ibi in quinto capitulo: dictuz est rōnem eius fundari supra ppositiones instabiles. ¶ Preterea. 8. physi. cōmen. 3. vbi manifeste dicit φ ipse fecit capitulū singulare cōtra illā viam. ecce quō innuit librū Alga. Joan. aūt qz non vidit hunc librum pcessit sicut cecus: et ego longo tpe. ideo apparet quō illa via est pbabilis: qm fundat supra ista diuisione entis: quā accepit notam de ente aucte loquentiū: que vt declaratum est: est ignota simplr. ¶ Ad scdam Auic. voluit φ sic: qz vt dictum est in disputatiōe tertia apud Auic. omne habēs causaz est ens possibile: et omne incausatū est ens necessariū. et ideo apud ipm cēnt

Error Joānis.

Questio.

i

diuisiones equiualentes: sed apud Auer. dicendu3 est ꝙ pma diuisio erit ista. ens quoddã erit necessariũ: ⁊ quoddã3 posse: ⁊ iterũ necñium quoddã est a se: sicut pma causa: ⁊ quoddã ab alio sicut sunt orbes mouentes stellã. vnde vt dicit ipse in. 8. phys. cõmẽ. 79. non omne hñs causa3 est posse. l3 sm Auic. sit ita. ¶ Ad ꝓpositũ. ergo hec diuisio vel capit vt illa equiualẽs: ⁊ tunc non erit notior illa: si capit vt est vlior predicta ⁊ minus cõmunis: tũc erit adhuc ignota ⁊ non habebit propositum: sicut fuit declaratũ de prima.

Circa tertiã qõnem ego feci longã morã in tractatu de intellectu. ideo pro nũc dicendũ ꝙ nullũ cõtingens in eius nã põt ab alio perpetuari sm phos: ⁊ hoc dicit Auer. in fine de sub a orbis. s. in pmo caplo. ⁊ pmo celi. cõmen. 138. Huius aũt rõ põt sumi ex scdo perihermenias. vult Arist. ꝙ neceẽ ⁊ impose esse sint cõtrarie. pose esse/ ⁊ pose nõ eẽ subcõtrarie. pme dicunt cõtrarie: qm̃ necesse esse valet in omni tpe ens. ⁊ impose esse in omni tpe non ens. possibile esse in aliquo tpe ens. possibile non esse in aliquo tempore non ens. vide ibidem. tũc arguo sic. Si aliqd est cõtingens ꝙ perpetuet ab alio. vel hoc nunꝗ incepit. vel istud incepit ⁊ post remanebit semper in futuro. si primũ: ergo ad impose se h3 cõtrarie ⁊ non cõtradictorie: ⁊ per ꝯñs erit necesse esse: ⁊ sic nã cõtingens vna ⁊ eade3 erit natura necessaria. Si scdm sicut dicit de anima intellectiua. cõtra. qm̃ anteꝗ fuit iam fuit possibile esse. ergo mõ si est iterũ est possibile non esse: ⁊ sic istud erit possibile esse ⁊ possibile non esse: sed tunc arguo ex regula primi prior. c. 13. ex maiori de cõtingenti. ⁊ minori de inesse. simplr oẽs syllogismi sunt perfecti. arguo modo sic. omne3 animã intellectiuam cõtingit non esse. anima Ade est anima intellectiua. ergo animã Ade cõtingit non esse. Tunc vltra per aliam regulam ibidẽ. quicquid sequit ad premissas de possibili sequit ad eas de inesse. volo dicere ꝙ impossibile nunꝗ sequit ex premissis positis inesse. vnde dicit sic falso posito ⁊ non impossibili: ⁊ qd accidit propter positione3 falsum erit ⁊ non impossibile: tunc fiet argumentũ istud. nulla anima est. anima Ade est anima hois. ergo anima Ade nõ est. cõsequens est falsu3 impossibile: vt oẽs dicunt. ergo aliqua premissarum ⁊ nõ minor: qm̃ est de inesse simplr. g maior: s3 maior est sequẽs ad illam de contingenti. ergo illa fuit falsa: ⁊ per cõsequens nullam animam cõtingit non esse. ¶ Sed dices ꝙ ista. anima Ade non est: non est falsa impossibilis: ergo falsa possibilis: quoniã aliquãdo fuit vera. ergo est falsa possibilis. Hec responsio fuit mihi data ab vno qui reputat se scire logicam ⁊ nihil scit in logica Aristo. ¶ Sed contra arguo: quoniam vt dicitur ibidem capitulo. 11. possibile seu contingens distinguitur ab inesse. ⁊ necessario esse per hoc ꝙ ille de contingenti respiciunt futurum. vnde Auerrois primo priorum. capitulo quarto: in principio ait. Et propositiones quidem possibiles. scilicet iste de quibus dicitur nomen possibilis vere: ⁊ sunt que sunt possibiles: vt inuenitur in futuro ⁊c. ⁊ ibidem capitulo. 14. ait: ⁊ quia propositiones absolute. i. de inesse ⁊ necessarie ⁊ possibiles diuersificantur. quedam a quibusdam in modo ⁊ in materia quam signat modus. quod est: q: hec: i. dest aliqui sunt res multe inuente in actu. preter ꝙ sit inuentio rerum necessariaz ⁊ ille sunt absolute: idest de in/

Quarta qõ

Responsio

Contra.

aliis: et res que mihi necessarie sunt inuente in actu: sed sunt possibiles vt inueniant in futuro: et vt nō inueniant sunt possibiles. i. cōtingentes ppositiones: et res que sunt inuente semper et ipse sunt necessarie. In quibus verbis vult q̄ omnis ppositio cōtingens sit respectu futuri: ergo si aliqua ppositio est que in futuro nūq̄ erit vera: nec est vera, illa ppositio est impossibilis falsa: et per cōñs habetur propositū: qm̄ nunq̄ ista. anima Ade nō est: erit vera. et per cōsequēs hoc ponere est falsum impo̅le: et sequit ex falso possibili: ergo cōtra regulam. Arist. ex his appet qualr̄ nulla nā cōtingēs pōt ppetuari simplr̄ tenendo: et de hoc volui dicere hic logice: qm̄ physice dictū ē in qōne de itellectu. ¶ Et debes scire q̄ istud est s̄m Arist. et Auer. alr̄ autē s̄m nos xp̄ianos. diceret enim q̄ anima intellectiua acqrit necessitatē a deo. nec incōuenit aliqd̄ esse necessariū hn̄s principiū in pte. et sic ola argumenta ruunt. et hanc rōnē solui in lib. de intellectu. vel dicēdū q̄ hec. aīa Ade nō est. est falsa po̅lis: qr̄ aliqn̄ nō fuit: et lz hec rn̄sio non sit s̄z logicā Arī. est vera simplr̄ s̄m nos: et tu considera.

Aīa intellectiua a deo necessitatē acquirit s̄z nostrā legē

ALGA. DVB. VI.



[F]It Algazel. nos respondemus eis q̄ vocabulum po̅le et necessariū est obscurum: nisi declaratū fuerit q̄ pro necessario intelligit id qd̄ ipsius esse nō hz cām: et p po̅li id qd̄ habet. vnde si ita intelligit: dicim⁹ q̄ qōlibz ens est po̅le. vz. q̄ habeat cām additā sup ipsius substātiam: et totū illud nō est po̅le qd̄ nō hz cām additaz sup suā substantiā extrinsecā ab eo. sz si intelligeret q̄ aliud esset po̅le preter id qd̄ dictū est: nullam habebit intellectionē. ¶ Et si forte diceret q̄ hoc iduceret nos opinari q̄ necessariū esse ↄstituit ex possibilib⁹ esse: qd̄ est falsum. Nos vero dicimus rn̄dentes q̄ si intelligit p possibili et necessario id qd̄ supra dictū est. idē erit ergo qd̄ ppositū: et nō est cōcedendū q̄ sit falsum. tandē dicim⁹ q̄ simile erit dicto dicentis q̄ po̅le est antiquum constitui ex nouis: et tempus apud eos est antiquum: et singulares reuolutiones sunt noue et principiate: et aggregatio ipsarum est sine principio: ergo id qd̄ principiuz nō habet cōstituit ex reuolutionibus principiatis: ergo verificatur principiatio in particularibus; et non in toto. pz ergo q̄ quicunq; concedat nouitates principiatas. vz. formas quattuor elementoꝝ oportebit eum conce-

dere possibilitatẽ earuz infinitaꝝ: vnde ex hoc sequeretꝛ ꝙ nulla erit via apud philosophos ad primũ principiũ: neqꝫ a predictis dubijs euadere poterit.

¶ Hic inducit sol. Alga. ad argumentũ phoꝝ quã pro pte dedit. ⁊ dicit. Ait Alga. nos respõdemus eis ꝙ hoc vocabulum poſſe: ⁊ hoc vocabulum necessariũ est obscurũ nisi declaratũ fuerit isto mõ. vz. ꝙ pro necessario intelligitꝛ id qđ ipsius esse nõ hꝫ cãm: ⁊ pro possibili intelligitur illud qđ habet cãm. (vnde dicimus) ex hoc recolligit vnã vniuersalem. d. vnde si ita intelligitꝛ. dicimus ꝙ qđlibet ens est poſſe. vz. ꝙ habeat cãm additã super ipsius substantiã: ⁊ totũ illud nõ est poſſe qđ non hꝫ cãm additã sup substantiã suam extrinsecã ab eo. vult ergo ꝙ ista cõuertitꝛ. omne poſſe habet cãm supadditam substãtie sue: ⁊ omne habẽs cãm supadditã substantie sue est poſſe: ⁊ tunc addit: sꝫ si intelligitꝛ ꝙ aliud esset poſſe preter id qđ dictum est: nullam habebit intellectionẽ. i. non erit intelligibile apud intellectũ dispositus. (Et si forte.) hic mouet. q. ⁊ dicit. ⁊ si forte diceretur ꝙ hoc induceret nos opinari ꝙ necessariũ esse cõstituitꝛ ex possibilibus esse: qđ est falsum. ꝯñam probo: qm̃ motus celi apud phos non habet principiuz: ⁊ tamen cõstituitur ex reuolutionibus nouis habentibus principiũ. (Nos vero dicimus ꝙ.) hic dicit. nos vero dicimus respõdentes ꝙ si intelligatꝛ pro possibili ⁊ necessario intelligitꝛ illud qđ supra dictum est. idẽ erit ergo qđ ꝓpositũ. ⁊ nõ est cõcedendũ ꝙ sit falsum. vult dicere ꝙ capiẽdo poſſe ⁊ necessariũ: ꝓut nũc dictum est. cõcedo ꝯñs ⁊ ꝯñam. s. ꝙ aliqđ necessariũ nõ hñs principiũ cõponatꝛ ex possibilib⁹ habẽtibus ꝑncipiũ. (Tandẽ dicimus.) ꝓbat hanc solonem. d. tãdeꝫ dicim⁹ hoc esse sile dicto dicẽtis ꝙ poſſe est antiquuz constitui ex nouis: qđ probat exẽplo. d. ⁊ tps apud eos est antiquũ ⁊ singulares reuolutiones sunt noue ⁊ principiate: ⁊ tamen aggregatio ipsarum. i. totus motus ⁊ totũ tps est sine principio: ⁊ tunc cõcludit interũz. d. ergo illud qđ principiũ nõ hꝫ cõstituitur ex reuolutiõibus principiatis: ⁊ iđ cõcludit: ergo verificatꝛ pricipiatio in particularib⁹. i. partis motus ⁊ nõ in toto. q. d. ergo motus hꝫ ꝑncipiũ quo ad partẽ: nõ quo ad totũ. ¶ Debes scire ꝙ reperitꝛ alia lra sic. (Tandẽ dicimus ꝙ sile erit dicto dicẽtis ꝙ impoſſe est antiquum cõponi ex nouis: ⁊ tempus apud eos est antiquũ ⁊c̃.) ⁊ tunc videtꝛ mihi ꝙ littera possit stare. qm̃ vult dicere ꝙ qui negat illud est simile suum verbũ verbo dicentis ꝙ antiquũ cõponi ex nouis sit impoſſe: qđ est contra sensum: vt apparet in tempore ⁊ motu: ergo opꝫ dicere conuenienter sensatis. s. ꝙ est poſſe antiquuz eternum cõponi ex nouis factis. (Patet ergo.) Nunc redit ad propositũ. d. ptꝫ ergo ꝙ quicunqꝫ concedet nouitates principiatas. vz. formas quattuor elementoꝝ esse nouas: ⁊ principiatas vt ponunt peripathetici: opꝫ eum ponere possibilitatẽ earuz infinitarum. i. ꝙ possunt ꝓcedere in infinitũ. Tunc cõcludit. vnde ex hoc sequeretꝛ ꝙ nulla erit via apud phos ad primũ principiũ: neqꝫ a predictis duobus euadere poterit. ꝙ aũt nulla erit via põt declarari aliqualiter: qm̃ si omnia sunt corruptibilia nõ est aliquis motus etern⁹: ⁊ si nõ est motus eternus apud eos non potest demonstrari primum principiũ esse: ergo istis sic stantibus nulla erit via.

AVERROIS.



Dicimus nos q ex positiõe cãrũ infinitarũ possibiliũ sequit positio poss'is agẽtis nõ habẽtis cãm: sed ex positiõe rerum necessariarũ cãis infinitas nõ habentiũ seq q id qd causatum fuerit sit sine cã: & hoc satis manifestũ est: sz iposs'e pñs ex pdictis cãis nõ sequit ex cãis de poss'itatib' naturaliter exñtibus. Uñ si aliqs velit ordinare dictũ Auic. declaratũ dz ipm tali ordie signare sine dubio. vz. entia poss'ia indigẽt sine dubio de cãis pcedẽtib', Et iõ si ille cãe poss'es fuerint: oporterẽt cãri ab alijs cãis: & sic pcederent ad infinitũ: & si sic: nulla ergo erit hic causa vltia: & ideo oportebit dare poss'e incausatũ: qd est falsuz. Pis ergo q cause sine dubio pueniunt ad necessariam cãm: amplius dicta cã nõ euaderet quin sit necessaria ex causa aut sine causa: si ex cã: sequit petere de illa cã. vñ aut ad infinitũ procedet: & sequet q id qd positum fuit causatum sit incausatũ: qd est falsum. & ideo opz q perueniat ad necessariã causam incausatã ab alia: & hoc est necessariũ esse: & hoc modo erit pdicta demõstratio vera, nõ tamen illo modo quo posuit eã Aui. Sz id qd dixit Algazel. s. qñ respõdit ad phos dicens: q aliqd habet cãm additam super suam substantiã: & totũ nõ sic se hz. Intẽdit q quãdo phi cõcedũt q poss'e est id qd habet cãm & de necessario esse id qd cãm nõ hz. diceretur eis q nõ est negãdũ sm ipsoꝝ radices q sint cause & causate infinite: & snia eorũ est necessaria: qz sm ipsoruz radices poss'e est iudicium partis differre a iudicio totius. & hec verba absqz dubio sunt sophisticalia diuersis modis. Unus est: qm peripathetici non concedunt causas infinitas per se: vt in precedentibus declaratũ fuit: licz sint ille cause de possibiliũ natura: aut de natura necessariorũ: sicut supra declaratũ fuit. ¶ Et sophisticatio Auic. hec est que sibi potest dici sic. si ens diuideret ad poss'e esse: & necessariũ: & intẽderemus pro poss'e id qd cãz hz:

⁊ ꝑ necessario id qđ nō hȝ: tūc nō poteris demōstratiue ꝓbare ꝙ eēt cāe infinitas est poſſe. sequeret. n. ꝙ ille cauſe eēnt đ entib⁹ cāe inhabētib⁹: ergo eēnt de genere neceſſarij eſſe: imo qđ plus est ꝙ apud phos est poſſe vnum cōstitui ex infinitis cāis: ⁊ quelibet ipsaꝝ est noua: ⁊ nō est dubiū ꝙ hic error accidit Aui. q: diuidit ens ad habendā cām: ⁊ nō habendā: sȝ si ipse diuisisset ipm modo a nobis facto nō sequerent eum ꝑdicta argumenta. Sȝ id qđ dixerat ꝙ antiquū pōt cōstitui ex infinitis conceſſis ꝑteritis reuolutiōib⁹ infinitis. dicimus qđ est falsuȝ: q: tale antiquū dicit cuȝ antiquo: qđ est vnuȝ equiuoce. Itē q: dixit Alg. vȝ. ꝙ nos induceret ad cōcedēdū ꝙ neceſſe eſſe constituat ex poſſibus eſſe. Dicimus nos ꝙ si itelligem⁹ ꝑ poſſi ⁊ neceſſario id qđ nos opinamur: tūc vere nō sequeret falsum: eſſet eniȝ idē qđ nostrū ꝓpoſitum. Nos tamē dicimus ꝙ Algazel intēdit ꝙ si phi intendūt ꝑ neceſſario id qđ cām non hȝ: ⁊ pro poſſi id qđ hȝ: tunc nō cōcederemus falsum eſſe: ꝙ incausatū cōstituat ex infinitis cāis: q: si ponerem⁹ ꝙ eſſet impoſſe remouerent ex hoc cāe infinite. Itē dixit: ⁊ hoc est siſe dicto dicentis ꝙ impoſſe est cōstitui antiquū ex nouis: sed tempus apud eos est antiquū: ⁊ singulares reuolutiōes sunt noue ⁊ principiate: ⁊ aggregatū ipsaruȝ est imp: incipiatū: ergo id qđ principiū non hȝ cōstituitur ex principiatis reuolutionibus: ergo fit principiatio de reuolutionibus singularibus: sed non de aggregato ipsarum. Intēdit Algazel in hoc ꝙ non est impoſſe constitui incausatum ex causis infinitis: sicut constituit apud phos antiquum ex infinitis nouis. Tempus nāq; apud peripatheticos est antiquum: ⁊ constituitur ex tēporib⁹ nouis. Simil'r motus celorum est antiquus apud philosophos: ⁊ reuolutiones ex quibus est constitutus infinite sunt. Sed nos dicimus ꝙ phi respōdent ad Algazelem in hoc ꝙ ipsi nō cōcedunt reperiri antiquū cōstitutuȝ ex nouis partib⁹: ꝓut ille ꝑtes sunt infinite: immo phi for/

titer de hac opinione fingēt. et ratio ipsorum est: quia dictum aggregatū nō euadet quin cōplet ex particularibus fini/tis generalibus: aut finitis. Si dicitur finitis ergo oportebit cōcedere quod genus sit generabile et corruptibile. Si de infinitis ergo predicti opinātes ponūt quod sit possibile vel necessariū quod illud aggregatū sit ab eterno sine causa a qua pro/cedat. Sed philosophi bene concedūt hoc: et opinati sunt quod talia genera et eis similia generabilia et corruptibilia sunt: prout cōstituunt ex possibus particularibus. habēt. n. sine dubio causam extrinsecā: a qua predicta genera eterna procedunt: et nō putant quod sit impossibile inuenire causas infi/nitas: quia impossibile est cōstituere antiquū ex aliquo infini/to: quia philosophi dicūt quod ponere motus diuersos in genere ab eterno fuit necessariū cōcedere: quia hic est vnus motus in numero ab eterno: et quod causa esse corporū generabiliū et corruptibiliū in partibus eternalibus in toto est: quia hic est ens ab eterno in toto et in parte. videlicet quia corpus superceleste et infiniti motus sunt sempiterni in genere ex vno motu in numero cōtinuo: qui est motus firmamē/ti: et ille motus nō cōponitur ex pluribus reuolutionibus in actu: sed tantum in intellectu: et motus supcelestis corporis eternitatē acquirit a suo motore: qui de eius natura continue semper mouere debet: et nō est natura illius mobilis quod aliquotiēs moueatur: et aliquotiēs nō: sicut se habent mobilia inferiora.

¶ Et est notādū quod hominum opiniones in generibus sūt tres. vna quarū quod quodlibet genus est generabile et corruptibi le prout cōtinet finita indiuidua. Secunda vero quod quoddam genus est ab eterno. videlicet sine principio sine fine: prout ap/paret cōstitui ex infinitis indiuiduis. Sed hec opinio duo/bus modis diuiditur. aliqui dicūt quod talia genera acquirunt eternitatē ab aliqua vna causa necessaria. alioquin priuarent vicibus infinitis in tempore infinito: et hec est philosophorum opinio. Alij vero opinati sunt quod prout cōtinet infinita indiuidua: optime pōt dici quod sunt ab eterno: et hec est opinio eorum qui eter/nales dicūtur. ¶ Et est notādū quod hee tres sunt opiniones di

stincte:

stincte: ⁊ oēs diuersitates in hoc ꝓposito interueniētes ad istas tres reducunt: ⁊ ex his dꝫ declarari vtrū mundus sit ab eterno. aut nō: ⁊ vtrū habuerit agens: aut nō. ¶ Et est notandū ꝙ de istis tribus opinionibꝰ due sunt extremitates: ⁊ vna tꝫ mediuꝫ. vꝫ. opinio loquētiuꝫ est vna extremitatū que nouitateꝫ mundi opinatur. ⁊ opinio eternaliuꝫ alia est extremitas. ⁊ pħoꝝ opinio est media inter eas. ¶ Pꝫ ergo ex istis dictis ꝙ qcūqꝫ opinat ꝙ possibile sit ponere causas infinitas: ⁊ nō possit obtinere primā causaꝫ. opinio falsa est. imo totū cōtrariū vꝫ. s. ꝙ qui esse infinitaꝝ causaꝝ negaret neget primaꝫ cām ab eterno asserere: esse eniꝫ causatoꝝ infinitoꝝ primaꝫ cāꝫ eternaleꝫ infert: ex qua acqrit esse infinitū: alioquin essent finita genera que qōdaꝫ suoꝝ indiuiduoꝝ innouat: ⁊ hoc mō tm̄ probat ꝙ antiquū est innouatoꝝ cā ⁊ declarat esse innouatoꝝ infinitoꝝ.

¶ Hic Auer. vult ꝯtradicere Alga. ⁊ duo principalr facit: qm̄ primo declarat vim rōnis Aui. declarādo Alg. ipsaꝫ nō intellexisse. scd̄a ibi. (Sed id qd̄) reprobat euꝫ in alio dicto. In prima pte preponit quasi vnū p se notū. scd̄a ibi. (Uñ si aliqs) exequit dando viꝫ rōni Arist. dic ergo. dicimꝰ nos ꝙ ex positiōe causaꝝ infinitaꝝ potiuꝫ sequit positio polis agētis nō hn̄tis cām. i. sequit ꝙ possit dari agens nō hn̄s cām. Sed ex pōne reꝝ necessariaꝝ nō hn̄tiuꝫ causas infinitas/ sequit ꝙ id qd̄ causatū fuerat fit sine causa: ⁊ hoc satis manifestū est. Deinde replicat illud sub forma breui. d. sed impole sequēs ex p̄dictis cāis. s. necessarijs: nō sequit ex causis exn̄tibꝰ de possibilitate. i. polibus.

Sed circa hec duo faciunt qōneꝫ. primuꝫ qm̄ nō vr̄ qualiter ex pōne causaꝝ possibiliū sequit causans agens possibilis incausata: qm̄ si sequit cā agens incausata illa est necessaria ⁊ nō possibilis. ¶ Iteruꝫ. nō vr̄ qualr sequit ex eis positis polibꝰ. Dubitatio. ¶ Scd̄m est: qm̄ nō videt ex rebus necessarijs carentibus causis esse aliquod incausatuꝫ infinituꝫ sine causa: hec enim duo qōnem magnaꝫ faciunt. Dubitatio. ¶ Ideo debes scire ꝙ qñ aliqua sunt vnius rationis ⁊ eiusdeꝫ ordinis si debent poni in aliquo alio ordine: debent poni ab aliquo alterius coordinatiōis: vt sensu pꝫ. sic in ꝓposito. videmus eniꝫ oīa possibilia esse eiusdeꝫ rōnis quātū ad possibilitateꝫ. si igitur debent poni in ordine necessarioꝝ: est opus/ vt per aliqd̄ ens necessarium ponantur. ergo si res ponuntur possibiles opꝫ vt aliqua causa ponatur necessaria conseruans illas in esse sempiterno ꝺm successioneꝫ. ⁊ sic appet primuꝫ: ⁊ iste modus declarandi est Arist. ⁊ Auer. 8. phy si. cō. 46. ⁊. 47. ⁊ scd̄o ꝑigeneseos. cō. 56. ⁊. 12. meta. cō. 33. ⁊. 32 ⁊. 34. ¶ Sed cum dicebatur ꝙ intelligit per agens possibile nō hn̄s cām. Dicēdum vt vr̄ ꝙ littera sit corrupta. hꝫ enim sic sequit positio

possibilis agentis nō hñtis finē: ⁊ tūc littera plana est qm̄ per hoc q̄ᵹ dicit̄ ꝙ illud agens sit possibile verū dicit: qm̄ corpus celeste est possibile: saltē quātū ad motū. ⁊ nō hȝ finē cum mouetur motu eterno: ⁊ ideo si cause hic inferius sint possibiles: opȝ vt det vnū agēs sine fine possibile s̄m partē. Alio modo littera hȝ: sequit̄ positio possibilis agentis nō hñtis causā: ⁊ tunc per illud agens nō hñs causā intelligit primū motorē simplr̄: ⁊ tunc littera intelligit̄ sic. sequitur positio possibilis. i. sequit̄ ꝙ possit poni agēs: nō habēs cām sicut est deus: ⁊ tunc ly possibilis cōstruit̄ cum ly positio: ita ꝙ sit sensus: sequitur possibilis positio agētis sine cā: ⁊ sic apparet vis p̄m dicti Auer. ¶ Pro intellectu secūdi debes scire ꝙ si res sint necessarie: ⁊ multe oportet: vt sint causate: qm̄ ois multitudo reducit̄ ad vnum genus cause: ⁊ ex alio essent incausate: ergo erit effectus sine causa: quoniā in eo ꝙ multe sunt causate: ⁊ ex eo ꝙ necessarie sunt incausate: vt dicit Algazel. ⁊ sic apparet vis secūdi. (Unde si aliquis.) in hac parte Auer. eligit modū declarādi Auicē. ex datis: ⁊ dicit. vnde si aliquis velit ordinare dictū Auicē. declaratū d̄ ipsum tali ordine signare sine dubio. vȝ. entia possibilia indigent sine dubio de causis precedētibus vt nunc est suppositū: tunc arguit. ⁊ ideo si ille cause possibiles fuerint oporterēt causari ab alijs causis: ⁊ sic procederēt ad infinitū: ⁊ si sic: nulla hic erit cā vltima: ⁊ ideo oportebit dare vnum eiusdem ordinis. s. vnū possibile incausatū. si non erit processus in infinitus: q̄ᵹ est falsum. (Patet ergo ꝙ cause.) cōcludit cōclusionē dicens. p̄tȝ ergo ꝙ cause sine dubio puenīūt ad necessariā causam: vt dictum est. (Amplius.) complet rōnem. d. amplius dicta cā non euaderet quin sit necessaria ex cā alia: aut sine causa. si ex cā: sequitur petere de illa causa. vnde aut ad infinitū procedet: ⁊ sic sequetur ꝙ illud q̄ᵹ positum fuit causatū sit incausatū: vt dictum fuit: q̄ᵹ est falsum. aut sup. oportet venire ad causam primā: ⁊ ideo oportet ꝙ perueniāt ad necessariam causam incausatā ab alia: ⁊ hoc est necessarium esse: ⁊ hoc modo erit predicta demonstratio vera. non tamen illo modo quo eam posuit Auicen.

Sed queritur quō differt hic modus demonstratiōis Auer. ab illo Auicē. vterq̄ enī videt̄ procedere per viam possibilis ⁊ necessarij. Dicēdū ꝙ prim⁹ modus dicendi arguit supponēdo differentias entis esse. U. g. esse ens necessariū: ⁊ esse ens possibile. vult enī ꝙ omne ens sit necessariū: aut possibile: ⁊ hoc est petere principium: vt visum fuit. Secūdus modus nō supponit; nisi ens possibile esse: vt patet ad sensū. Deinde ex tali arguit eē motum eternū partim possibile: ⁊ partim necessariū. ex hoc cōcludit ens simpliciter primum. ergo differunt hi modi valde ⁊ tu cōsidera. (Sed id q̄ᵹ dixit.) Cum exposuit rationē Auicē. ⁊ dedit sibi vim: vult modo cōtradicere Algazeli quātum ad solutionē questiōis more in dubio proposito. arguit eiȝ supra. ꝙ si possibile est id q̄ᵹ causā hȝ superadditā sue substantie ⁊ necessariū non hȝ: sequitur necessariū componi ex possibilibus multis: vt apparuit de motu celi qui totus est necessarius: ⁊ tamen quelibet reuolutio est possibilis: cui respondit ꝙ nō inconuenit totum esse incausatū: cuius quelibet pars sit causata: qm̄ iudicium partis differt a iudicio toti⁹. Uult ergo Auer. ꝯtradicere Alg. in hoc.

& primo preponit eius verba. secūdo exponit illa. tertio ꝯtradicit illi. dicit ergo: sed id qđ dixit Alga. s. quādo respōdit ad philosophos. d. ꝙ aliquod. i. aliqua pars: h3 causa3 additam super suam substātia3: & tñ totum illius partis nō sic se h3: vt patet de motu celi. cuius quelibet pars est possibilis & habēs cām: & tamē ipse totus est eternus & incausatus. (Intendit.) Nunc exponit illam solutionē. d. Intendit ꝙ qū philosophi cōcedūt ꝙ possibile est id qđ h3 causa3: & concedūt de necessario esse id qđ cām non h3. diceret eis ꝙ nō est negandum ꝑm ipsoru3 radices ꝙ sint cause & causate infinite. i. ꝙ sit aliqđ totum habēs causas infinitas & causata infinita. U. g. motus h3 eni3 reuolutiones infinitas: modo reuolutiōes sunt cause infinite & causate: cuius rationē dicit. & sentētia eorum est necessaria q2 ꝑm ipsoru3 radices possibile est iudiciū partis differre a iudicio totius: & per consequēs possunt oēs partes esse causata & cause: & totū incausatū semper: qm̄ totu3 differt a partib9: vt fingit Alga. (Et hec verba). Nunc reprobat illam solutionē: & q2 tria illa solutio posuit. s. ꝙ cause per se possunt eē īfinite. Secūdo ꝙ ens diuidiꝶ per possibile & necessariū: intelligēdo possibile habēs causa3: & necessariū carens cā. Et tertio ꝙ possibile est aliqđ totum eē incausatū: cuius quelibet pars sit possibilis & causata. Ideo hos tres errores remouet. & primo primū. d. & hec verba absq3 dubio sunt sophisticalia diuersis modis. imo trib9 modis prout tres ponit errores: & ponit primū. d. vnus est: qm̄ peripathetici non cōcedunt causas infinitas per se: vt in precedētibus declaratum fuit. & ampliat dictū. d. l3. i. quātūcunq3 ille cause sint de natura possibiliū: aut de natura necessario⁊: sicut supra dictū fuit. vult dicere. ꝙ siue cause sint possibiles siue entes necessarie non pñt eē infinite per se. īmo op3 ꝙ sint finite omnino.

Sed est dubitatio: q2 non videꝶ ꝙ Alga. concesserit causas infinitas per se: quoniā ipse non cōcessit nisi reuolutiones infinitas: & tñ non sunt cause per se. ¶ Respondeꝶ ꝙ Auer. reprobat Alga. in hoc tantū ꝙ dixit reuolutiōes esse causas: quonia3 nō potest ponere illas causas eē nisi per se: quoniā reuolutio agit virtute propria: & non virtute prioris reuolutiōis: nec virtute sui orbis: imo orbis illius virtute eius agit: q2 celum nō agit nisi motu & lumine. verum est ꝙ reuolutio orbis inferioris agit virtute reuolutionis orbis superioris: sed hoc nō remouet rationē cause per se. hoc aute3 non concedit Aristo. quoniā Aristo. non vult ꝙ vna reuolutio agat: sed congregatio oīu3 reuolutionū. & sic apparet quomđ bene Auer. reprobat Alga. in primo errore. (Et sophisticatio.) Nunc ponit secundu3 errorē. s. Auicē. qui etiā fuit Alga. & primo preponit errorem loco antecedentis. d. & sophisticatio Auic. hec est que sibi potest dici sic. si ens diuidiꝶ ad possibile esse & necessariū & intēderem9 pro possibili id qđ causa3 h3: & pro necessario id qđ nō h3 causa3: hoc est antecedens statim ponit consequēs: tunc nō poteris demonstratiōe probare esse possibile causas eē infinitas ꝑm successionē. qđ probat: quia vbi dabitur sup. ꝙ cause sint infinite aggregatio earu3 erit sine causa: cum sit eterna: & ideo dicit sequitur enim ꝙ ille cause essent de entibus causas inhabētibus. i. nō habētibus: sicut apparet in congregatione ex omnib9 reuolutionib9. ergo eēnt de genere necessarij esse.

Dubitatio.

Solutio.

et ampliat incōueniēs.d.īmo qđ plus est sequit apud phos q̄ est posse vnū ꝯ stitui ex infinitis causis:cuius quelibet ipsa⁊ sit noua:totū tñ est eternū.⁊ addit q̄ nō est dubiū q̄ hꝫ error accidit Auicē.qꝛ diuidit ens ad hn̄da3 cām ⁊ nō ad hn̄da3 cām:sed si ipse diuisisset ipsu3 mō a nobis facto:nō sequerent̄ eum p̄dicta argumēta.

Dubitatio. Sed hic sunt due qōnes.primo qꝛ nō vr̄ q̄ diuisio Auer.dif/ferat a diuisione Aui.scđo:qm̄ si differt nō videt̄ seq

Solo. qđ adduxit Auer.contra Alga.℄ Ad primu3 debes scire q̄ l3 diuisio entis sit per cām ⁊ causatū apud Auer.⁊ per possibile ⁊ necessarium apud ipsu3.⁊ in hoc cū Auicē.couenīat differt tñ qm̄ Auicē.vult ista cōuerti.s.possibile ⁊ habēs cām ⁊ ecōtra.⁊ necessariū ⁊ carens cā ⁊ ecōtra.Auer.aūt non vult illa cōuerti: aliqđ eni3 est habēs cām: cu/ius nā non est entis possibilis.vt quelibet intelligētia citra prima3.⁊ aliqđ est hn̄s necessitatē:⁊ tñ nō caret cā.⁊ ideo bene sequit̄ incōue/niens ad Auicēnā p̄dictu3.s.q̄ non pōt probari eē causas infinitas: qm̄ cōgregatio earum erit eterna.ergo carens cā:qđ est falsum apud Auer.nō valet:qm̄ l3 sit eterna tñ hꝫ causa3:⁊ sic apparet solutio qō/num insimul.(Sed id qđ dixerat.)Nunc reprobat ipsum de tertio er/rore.⁊ primo ꝑponit illum.scđo remouet illum.⁊ successiue circa hoc remouet alia dicta eius: vt dicam.dicit ergo primo:sed id qđ dixerat q̄ antiquū pōt cōstitui ex infinitis cōcessis preteritis reuolutionibus infinitis:hic est error.(Dicimus q̄ est.)Nunc remouet illum.d.dici/mus q̄ est falsum:qꝛ tale antiquū dicit̄ de antiquo qđ est vnum: ⁊ si littera nō est corrupta: vult dicere q̄ est permanēs: ⁊ vnum semper equiuoce:qm̄ antiquū successiuū non transcendit nām possibilis: vt dicit.12.metaphy.cōmē.41.sed hꝫ de intentiōe eterni non cadere in non esse.ideo dicit̄ equiuoce:qm̄ antiquū permanēs: sicut celum est totum simul:⁊ non hꝫ naturā entis possibilis apud phos.(Item id qđ.)Adhuc ponit alium errorē.d.Item id qđ dixit Alga.v3.q̄ sup. opinio phorū induceret nos ad cōcedēdum q̄ necesse esse cōstituatur ex possibilib⁹ esse: vt pꝫ in exemplo de motu.(Nos dicimus.)Hoc reprobat.d.nos dicim⁹ sup.q̄ vno modo est verum.alio mō falsum. ⁊ dicit.qꝛ si intelligerem⁹ pro possibili ⁊ necessario id qđ nos opina/mur.s.possibile ꝓ eo qđ nō fuit:⁊ post est:⁊ pro eo qđ est ⁊ post nō erit: necessariū pro eo qđ semper est:tunc vere nō sequitur falsu3: vt.appa/ret in motu celi:esset eni3 idem qđ nostrum propositū.(Nos tñ dici/mus.)videt̄ mihi q̄ Auer.narret modu3 quō credit Alga.illud esse verum.⁊ post exponit illum modu3.ibi.(Intendit Alga).dicit ergo in prima parte:nos tñ dicimus q̄ Alga.intendit q̄ si phi intendunt pro necessario id qđ cām non hꝫ: ⁊ pro possibili illud qđ hꝫ sup.cām adhuc vult ſm hunc sensu3 nō esse falsum.ideo ait Alga.tunc nō con/cederem⁹ falsum esse.v3.q̄ incausatū.i.necesse esse cōstituit̄ ex infini/tis causis:cuius rōnem dedit Alga.d.qꝛ si ponerem⁹ q̄ esset impos/sibile remouerent̄ ex hoc cause infinite: vt supra deductum fuit: ⁊ sic vult Alga.q̄ exponēdo etiā vt alij phi exponunt adhuc illud dictum est verum.(Item dixit.)adhuc ponit aliud dictum eius.d.Itē dixit. ⁊ hoc est simile dicto dicentis q̄ impossibile est antiquū constitui ex nouis:cuius cōtrariū patet ad sensum: qđ ponit.d.sed temp⁹ apud eos est antiquū:⁊ singulares reuolutiones sunt noue ⁊ principiate:

tamē aggregatū ipsarū est principiatū.i.incausatū.ergo id qđ princi pium nō hʒ cōstituit̄ ex principiatis reuolutionib⁹:ergo fit princi/ piatio de reuolutionib⁹ singularib⁹:sed non de aggregato ipsaruʒ. ptʒ ergo quō Alg.verificauit suam opinionē etiā exponēdo illos ter/ minos apud phos arabes.(Intēdit Alga.in hoc.)nūc exponit men/ tem Alga.post ibi.(Sed nos dicimus.)datmodum verorū phorum intelligēdi dictū Alga.dicit ergo.intendit Alga.in hoc⁊ꝙ nō est im/ possibile incausatū cōstitui ex causis infinitis:sicut cōstituitur apud phos antiquū ex infinitis nouis:cui⁹ rōnes repetit.tēpus nāqʒ apud peripatheticos est antiquū ⁊ cōstituit̄ ex tēporib⁹ nouis: similr mo/ tus celoruʒ est antiqu⁹ apud phos:⁊ reuolutiōes ex quibus est cōsti/ tutus sunt infinite.(Sed nos dicim⁹.)Nunc ponit verū intellectuʒ phoꝝ peripatheticoruʒ.¶ Et debes scire ꝙ Alg.voluit totum aggre/ gatum esse de se incausatū⁊ non habere cām prout est aggregatuʒ: imo de se necesse eē:⁊ tñ constituit̄ ex infinitis partib⁹ causantibus illud totum⁊ qm̄ partes sunt cause saltem m̄ales totius.scđo physi. ergo vult ꝙ totuʒ sit simpliciter necesse eē⁊neutra tñ pars.peripathe tici volunt ꝙ totū est eternū:⁊ possibile eē:⁊ ideo volūt motū ab alio perpetuari.s.a celo ⁊ intelligētia mouēte ipsum.cōueniūt ergo ⁊ diffe/ runt.cōueniūt quidē:eo qꝛ volunt illud eternū eē totum:eo ꝙ fiat ex infinitis nouis.differūt vero qꝛ Alga.vult illud totū esse incausatuʒ ⁊ independēs: imo sine cā ⁊ necesse eē.peripathetici vero volūt ꝙ il/ lud totum ⁊ si sit eternū:qꝛ est possibile ex se:tñ ab alio ꝑpetuat̄.⁊ hoc declarauit Auer.12.meta.cōmē.41.⁊ in.2.cap.de sb̄a orbis.hoc er/ go dicit.sed nos dicim⁹ ꝙ phi respondēt ad Alga.in hoc ꝙ ipsi non concedūt reperire antiquū cōstitutū ex nouis partib⁹;prout ille ptes sunt infinite:⁊ ponit argumētū:⁊ post soluit illud apud phos.d.imo phi fortiter de hac opinione fingent.i.sophisticabūt.⁊ forte littera est corrupta:⁊ dʒ stare.(Fugiunt.)⁊ m̄a plana est: ⁊ rō ipsoruʒ est:qꝛ di/ ctum aggregatū non euadet quin copulet̄ ex partib⁹ infinitis aut fi/ nitis generabilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹.lʒ si de finitis.ergo opʒ cōcedere ꝙ genus sit generabile ⁊ corruptibile.i.ꝙ totuʒ illud sit generabile. si de infinitis ergo predicti opinātes ponūt ꝙ sit possibile vel necessa rium ꝙ illud aggregatū sit ab eterno sine cā a qua procedat:⁊ h̄ erat vis phorū arabum:cui respōdet per phos veros.d.sed philosophi be/ ne concedūt hoc:⁊ opinati sunt ꝙ talia genera ⁊ eis similia sunt ge/ nerabilia ⁊ corruptibilia:prout cōstituūtur ex possibilib⁹ principali/ bus.hn̄t enim sine dubio cām extrinsecā.i.celum ⁊ motorē a qua pre/ dicta genera eterna procedūt:⁊ ponit tunc illud in quo cōueniūt.d. ⁊ nō putāt ꝙ sit impossibile inuenire causas infinitas:qꝛ sit.s.impos/ sibile cōstitui antiquū ex nouis:imo cuʒ phis arabicis:peripathetici in hoc cōcedāt:cuius rōnem dicit:ꝙ phi dicunt ꝙ ponere motus diuer sos in genere ab eterno est necessariū cōcedere:qꝛ hic est vnus motus in numero ab eterno:⁊ dicūt ꝙ eā esse corporū generabiliuʒ ⁊ corru/ ptibiliuʒ in partib⁹ eternalib⁹ in toto.i.que sunt genita in parte.i.s̄m indiuiduū eterna in toto est:qꝛ hic.i.motus prim⁹ est ens ab eterno in toto ⁊ parte:vt primus motor ⁊ corp⁹ celeste:⁊ hoc dicit.vʒ.qꝛ cor pus celeste: ⁊ infiniti motus sunt sempiterni in genere ex vno motu continuo in numero:qui est motus firmamēti.i.octaui orbis.Ex his

Cōuenientia ⁊ drīa inter peripateticos ⁊ Algazelē.

habes differētiā vnam inter Auer. ꝛ Alga. (Et ille motus.) declarat quō sunt ille partes. d. ꝛ ille motus nō componit ex plurib⁹ reuolutionibus in actu: sed tm̄ in itellectu: qm̄ partes sunt potētia in toto ꝛ fiunt autē actu vel per intellectū: vel per sepatonē. (Et motus.) Jterū redit ad primā differētiā. d. ꝛ motus supercelestis corporis eternitatem aperit a suo motore: qui de eius nā continue semp mouere dꝫ ꝛ ponit differētiā inter hunc motorē ꝛ eos qui sunt h. d. ꝛ nō est de nā illius mobilis ꝙ aliquotiēs moueat ꝛ aliquotiēs nō: sicē se habēt mobilia inferiora. quare aūt non est hui⁹ nature in scdo caplo de substātia orbis: ꝛ scdo celi. cōmēto. 3. ꝛ in vltima disputatiōe declaratū est: ꝛ ego ibi declarabo si deus dabit vitam. (Et est notādum.) hic vltimo vult summatiꝫ opiniones phorū tractare: vt habeat differētia ꝛ couenientia eorum plene. primo ergo ponit summā opinionū. d. ꝛ est notandū ꝙ hominū opiniones in generib⁹. i. rebus gnābilib⁹ ꝛ corruptibilib⁹ eternis fm̄ genus sunt tres: lꝫ due prime altera subdiuisa erunt tres: quarū vna est ꝙ quodlibet gen⁹ est generabile ꝛ corruptibile. i. finitū a parte ante ꝛ post. prout cōtinet finita indiuidua. secūda vero ꝙ quoddaꝫ genus est ab eterno. vꝫ. sine principio ꝛ sine fine: prout apparet cōstitui ex infinitis indiuiduis. Et subdiuidit hanc. d. sed hec opinio duob⁹ modis diuidit. i. subdiuidit in duo mēbra. aliqui dicunt ꝙ talia genera acquirūt eternitatē ab aliqua vna cā necessaria: alioquin priuarēt vicib⁹ infinitis in tēpore infinito. i. infinities genita eēnt: ꝛ infinities corrupta: ꝛ hec est phorꝫ opinio. Alij vero opinati sunt ꝙ prout ptinet infinita indiuidua: optime potest dici ꝙ sunt ab eterno: ꝛ hec est opinio eorūꝫ: qui eternales dicūtur. i. arabuꝫ sic nominatorꝫ: ꝛ per hoc ptꝫ differētia inter arabes ꝛ pipatheticos: vt supra dixi. (Et est notandū.) declarat hanc diuisionē. d. ꝛ est notandum ꝙ he tres sunt opiniones distincte. ꝛ oēs diuersitates in hoc proposito interuenientes ad istas. s. tres reducūtur: ꝛ addit vtilitateꝫ harum opinionuꝫ. d. ꝛ ex his dꝫ declarari. i. couenit consequi vtrum mundus sit ab eterno: aut nō: ꝛ vtrum habuerit agens: aut non: qm̄ prima opinio legis infert mundū non fuisse ab eterno. secūda arabum forte negat causāꝫ primā. tertia sola bene infert eternitateꝫ mundi. (Et est notādum.) Nunc comparat has opiniones. d. ꝛ est notandum ꝙ de istis tribus opinionib⁹ due sunt extremitates ꝛ vna tenet medium: qd̄ exponit. d. vꝫ. opinio loquētium. i. theologorꝫ est vna extremitatū: que nouitateꝫ mundi opinatur. Alia extremitas est opinio eternaliuꝫ. i. arabum. Media inter eas est philosophorꝫ opinio. (Patet ergo ex his.) Nunc vult remouere oēs alias ꝛ ↄcludere opinionem Arist. dicens. pꝫ ergo ex istis dictis ꝙ quicūqꝫ opinatur ꝙ possibile sit ponere causas infinitas ꝛ nō possit obtinere. i. ↄcludere primam causam opinio falsa est. ideo dicit. Imo totum contrariū videtur ꝙ qui esse infinitarū causarū negaret: sicut facit opinio legis nequiret idest non poterit primā causaꝫ ab eterno afferere. Cuius rationē ponit dicens. esse eniꝫ causatorꝫ infinitorū primaꝫ cām eternalē infert: ex qua acquirit esse infinitū: alioquin essent finita genera: que cā eterna: quedaꝫ suorum indiuiduorꝫ inouat cōtinue: ꝛ sic manutenet genera: ꝛ hoc modo tm̄ probat ꝙ antiquū est cā inouatorū: ꝛ declarat
Nota. esse inouatorꝫ infinitorꝫ. s. per successionē. ¶ Debes scire ꝙ nulla opi

nio trium rône phica pôt cõcludere causã eternã: nisi opinio Auer. qm̃ opinio arabum non: qm̃ si tota multitudo est de necesse eẽ de se. ergo nõ arguit causam superiorẽ. Jterũ opinio legis si ponit oia esse finita: tunc non pôt ponere pncipiũ abstractũ esse: vt declarat Auer. pmo celi. cõmen. 33. imo hʒ ponere ipsum esse corpus: qr omne nouũ fit ex corpore: vt credunt phi. Sola ergo opinio Auer. ꝛ Aristo. concludit ppositumqm̃ multitudo generatorũ arguit successionem sempiternamꝛ illa arguit motum primum eternum: ꝛ ille arguit pmuʒ motorem abstractum esseꝛ totũ hoc dictuʒ est. 8. phy. cõmen. 46. ꝛ 47. ꝛ licet hoc dicat Auer. tñ non demonstrat: qm̃ lex nostra ponit q deus sit virtus extra corpus per hoc: qr causat sine transmutatione: ꝛ hoc philosophi non viderunt: imo in hoc fuerũt ceci: ꝛ hoc dixi sepe in disputatione prima.

Ponentes oia finita esse nõ pñt ponere principiuʒ abstractum esse.

Lex nr̃a.

ALGA. DVB. VII.



Jt Algazel pro phis in illo argumento qd̃ ꝯ eos posuit: ꝛ si aliqs diceret q reuolutiones nõ reperiunt: neqꝫ forme elr̃torꝫ: imo id qd̃ reperit est vna forma in actu: ꝛ id qd̃ non reperit pñs nequit aliquo modo denoiari de finitate ꝛ infinitate nisi in intellectu tantũ: sꝫ nos loquimur de realibus entibus: nõ de imaginabilibꝰ. Nõ ergo remanet aliquid aliud ĩ quo possumus ambigere: nisi in aĩabus mortuorꝫ: ꝛ quidã phorꝫ dicũt q aĩe hoiuꝫ sunt vna ab eterno ante aduentũ eius in corpus: ꝛ pter separationẽ vniunt: ꝛ fiunt absqꝫ aliqua mutatiõe: maxime: qr de infinitate nequeũt denoiari. Alij vero peripatheticorꝫ dicũt q aĩa sequit cõplexionẽ ꝛ mors nõ est aliud: nisi ipsius priuatio: ꝛ de seipsa sustẽtare nequit sine corpore: ergo aĩa non hʒ esse nisi in viuẽtibus: ꝛ viuentes sunt terminati ꝛ numerabiles: ꝛ ideo non possunt de infinitate denoĩari: neqꝫ priuari: neqꝫ aliquo modo denominari possunt de finitate: neqꝫ ĩfinitate: nisi de intellectu. ¶ Jtem dixit plus Algazel q rñsio huius dubij clare reperit ab Aui. ꝛ ab Alpharabio: ꝛ opinio veracium phorum est q anima est substãtia per se existẽs: vt habẽt ab Arist. ꝛ primis cõmentatoribus. Et si aliqs ab ista opinione deuiaret petendũ est ab eo vtruꝫ esset imaginandũ q in quolibet momẽto mouetur aliquid ꝛ remaneat: aut non. si non: dicimus q est falsuꝫ. si pri-

mo modo dicimus ꝙ ſi quolꝫ die imaginaremur inno/
uationē cuiuſdā rei:ꝛ ꝙ remaneat.copularenť igiť vſqꝫ
modo ſine dubio entia infinita. Uñ hoc mō debēt du/
bia ordinari:ꝛ nō eſt curandū vtrū id qđ remanet ſit ho
mo:aut aīa:aut demon:aut angelus:aut quodcūqꝫ ens
ſuerit. Id em̄ qđ dictū eſt ſequiť opinionē dicētis:ꝙ re
uolutiones preterite ſunt infinite.

¶ Introducit Alg.rñdentē pro pħis in duob⁹ pūctis vt videbiť.d.
ꝛ ait Alga.rñdens pro pħis in illo argumēto qđ cōtra eos poſuit:ꝛ
ſi aliqs diceret:ꝙ reuolutiones nō reperiunť in actu:neqꝫ forme ele
mentoꝝ:ſed ſup.in ſucceſſione:imo id qđ repit eſt vna ſola in actu.
tunc dicit.ꝛ id qđ non repit preſens.i.actu nequit.i.nō pōt aliquo
modo denominari de finitate ꝛ infinitate:niſi in intellectu tantū:ſed
nos loquimur de realibus entibus:nō de imaginabilibus:ꝛ ſic pꝫ ꝙ
non datur infinitū apud pħos. Non ergo remanet. hic remouet aliā
queſtionē cōtra pħos:ꝛ eſt ſcđs punctus dubij.dicit ergo.nō ergo re
manet aliquid aliud in quo poſſumus ambigere:niſi.de aīabus mor/
tuoꝝ.vult dicere ꝙ pōt eſſe queſtio de aīab⁹ mortuoꝝ:qm̄ vel rema/
nent:vel non.ſi remanent ergo ſunt infinite:cum apud pħos mūdus
eſt eternus.ſi nō remanēt:erūt corrupte cōtra pħos. Soluit.d.ꝛ qui/
dam pħoꝝ dicūt ꝙ aīe hoīum ſunt vna ab eterno ante aduētuꝫ eius
in corpus:ꝛ pter ſeparationē.i.poſt ſeparationē vniunť ꝛ fiunt vnū
abſqꝫ aliqua mutatione:maxime:qꝛ de infinitate nequeunt denomi/
nari.qūo aūt intelligitur hec opinio in ſolone.23.dubij priſme qōnis:ꝛ
verificatū eſt:attamen amplius dicā in ſolone huius dubij.(Alij ve/
ro.)hic ponit aliā euaſionē.d.alij vero peripatheticoꝝ dicūt ꝙ aīa ſe
quitur cōplexionē. ꝛ dicunt ꝙ mors non eſt niſi ipſius.i.anime pri/
uatio.imo dicūt ꝙ de ſeipſa ſuſtētare nequit.i.nō pōt exiſtere ſine cor
pore.ergo aīa nō hꝫ eſſe niſi in viuentib⁹:ꝛ viuētes ſunt terminati:ꝛ
ꝛ numerabiles.ꝛ ideo aīe non pñt de infinitate denominari:neqꝫ pri/
uari.i.dici infinite:neqꝫ aliquo modo denominari poſſunt de finitate:ꝛ
neqꝫ infinitate:niſi ab intellectu: ꝛ ſic patet ſcđs modus euadendi.
(Item dixit plus.) adhuc ampliat dictum Alga.d. Item dixit plus
Alga.ꝙ reſponſio huius dubij clare reperitur ab Auicē.ꝛ ab Alpha
rabio:ꝛ opinio veracium pħoꝝ eſt ꝙ anima eſt ſubſtātia per ſe exñs:ꝛ
vt habēt ab Ariſt.ꝛ ōmis cōmentatoribus.(Et ſi aliquis.) hic Alg.
adhuc facit.q.qm̄ licet ſit euaſio ad id de anima:attamen adhuc ſim
pliciter non euadis.vnde dicit:ꝛ ſi aliquis ab iſta opinione deuiaret
petendū eſt ab eo vtrū eſſet imaginandum ꝙ in quolibet moueť ali/
quod.i.aliquid generať ꝛ poſt remaneat:aut nō eſt poſſibile ad ima/
ginationem.ſi non.ſ.eſſet poſſe ad imaginationeꝫ:dicimus ꝙ eſt fal/
ſum:quis em̄ non pōt imaginari in quolibet die fieri aliquid ꝛ ipſuꝫ
remanere. Si primo mō dicimus ꝙ ſi quolibet die imaginemur inno
uationem cuiuſdam rei:ꝛ ꝙ remaneant oēs ille res.copulenť igitur
vſqꝫ modo.ergo tota multitudo ſine dubio erit infinita. ergo licet tu
euadas de anima:nō de poſſibili euadis. Et ideo ꝯcludit modū ordi/

randi dubia.d.vnde hoc modo debet dubia ordinari.(Et non est cu randũ.)ostendit qualiter lz dubium de aia sit solutuz simplr: tñ non est solutum:t.d.t non est curandũ vtrũ id qḋ remanet sit homo: aut aia: aut demon: aut angelus aut qḋcũq3 ens fuerit.vult dicere q ca sus dz intelligi de quacũq3 re.ponit g illa res esse in quolibet die:t re manere vt supra:t pt3 argumentũ.volo aũt per illã rem indifferẽter hoiem vel aiam tč.ergo lz sit solutũ de aiatnon tñ simplr est solutum. (Id eni3 qḋ.)hic tandem soluit.q.fm opinionẽ veram.d.id eni3 qḋ dictũ est:sequit opinionẽ dicentis q reuolutiones preterite sunt infi nite.i.sequit ad phos non ad me.

Sed pot esse qḋ nõ solũ cõtra phos:s3 cõtra eos sic.diuidat ho ra in partibus pportionabilib' minoribus terminatis ver sus.a.tũc volo q in pma deus faciat vnũ lapidẽ.vel saltẽ ad imagina tionem fiat vt ipse ponit:t scda alium t cõtinue remaneant.ergo cũ hic fuerunt infinite partes pportionales erunt de facto in fine hore lapides infiniti.Tu vero soluas pro te t phis:est argumentũ friuolũ: t non dignum hoc loco. Dubitatio.

AVERROIS.



Dicimus nos q id qḋ rñdit noie phoz.v3. q reuolutiones pterite sunt priuate:t q pri uatum nequit denoiari de finitate: neq3 de infinitate:nõ est vera rñsio: t nos declara/ uimus in precedentibus: t id qḋ dubitat super philosophos.s.de ipsoz opinione in anima.Dici mus q hoc nouũ est phorum opinio:t id qḋ dictu3 est de hac materia sufficiat.

¶ Hic Auer.reprobat Alga.in illis que phis imposuit:t.d.dicimus nos q id qḋ rñdit nomine phoz.v3.q reuolutiones preterite sunt priuate:t q priuatũ nequit denominari de finitate neq3 de infinitate non est vera rñsio:t nos hoc declarauimus in precedẽtibus.dictum eni3 est q lz non dicat infinitũ actu vel infinitũ in potẽtia permixta actui.(Et id qḋ)Nũc tangit scdm punctu3.d.t id qḋ dubitat super phos.s.de ipsoz opinione in aia.dicimus q hoc.s.sua rñsio non est phoz opinio:t tũc se excusat t pt3.¶ Debes scire q illa pma opinio de anima.d.q anima est vna ante aduentũ ad corpus t post t dum est in corpe multiplicat:pot intelligi duobus modis.¶ Uno modo q ista multiplicatio fiat fm rem ipsi anime:ita q ipsa anima dum cor/ pori vnitur est multa fm rem.du3 separatur vniatur fm rem:t fiant oes vna t hec vr opinio attributa Platoni:vt fuit visum in pma di/ sputatiõe.¶ Alio modo pot itelligi q aia put est itells t est vnus nu mero:put intelligit in corpe efficit multa fm respect' t habitudines multas non quidem respectibus t habitudinibus inherentibus ipsi intellectui sz corpibus in quib' vnitur.t hec est opinio Aris.t Auer. vt recitatũ fuit I pma disputatiõe in fol.23.Sz qḋcũq3 intelligit est falsa:t non est credibilis,¶ Immo lex nostra ponit q aie mortuoru3 Attributa opinio Pla toni de aia. Opio Aris. t Auer. Positio no stre legis.

remanent post: et quedam in gloria: vt ille que fecerūt bene: alique damnate: vt ille que peccauerunt: et hec est opinio Auic. et Platonis vt puto. Potest tamen illa opinio famosa fm primum intellectū adhuc exponi: quoniam vnus vir coetaneus meus volebat illam esse mentem Platonis. ¶ Ideo debes scire ꝙ sicut materia efficitur actu diuersa propter formas: ita forme actu diuerse ꝑpter materiam. sicut ergo materie dum carent formis est vna materia priuatiue per priuationem differentiarum facientium eam diuersam. vt dicit Auer. 12. meta. cōmen. 14. ita anime dum carēt materijs diuersis possunt dici vna anima priuatiue pro quanto actu non sunt in sitibus diuersis nec locis diuersis: possunt tamen esse prout dicunt habitudines ad corpora diuersa. Et sic potest intelligi ꝙ anime sunt multe dū sunt in corporibus actu: ante tamen ꝙ veniant ad corpora: vel postꝙ remouentur cū careant differentijs quibus erant multe: possunt dici vnificari et fieri vna anima actu: licet plures potentia: prout possunt vniri diuersis corporibus quando iterum intrabunt corpora: et sic hec opinio imponitur Platoni: et dicūt quidam ꝙ opinio legis non est contraria huic: nisi in hoc tantum ꝙ istas animas ponit nouiter creari: Plato autem simul cum mundo omnes aīas factas esse dicit. et quōcūqꝫ sit: ego non curo: sit igit̄ declarata in tantum. Et sic consumata est expositio quarte disputationis Auer. contra Alg. cum Dei laude: et beate virginis Marie.

Sicut mā ꝑ formas ac tu efficit̄ diuersa: ita forme diuersant̄ ꝑ mām.

¶ Quinta disputatio Alga. cum philosophis ostendit debilitatē rationum philosophoꝝ in ipsius ꝓbationibus: ꝙ Deus benedictus sit vnus: et ꝙ impossibile sit ꝙ sint duo necessarij esse: et quilibet ipsorum incausatum sit.

¶ DVBIVM PRIMVM



It Alga. vie sapientium sunt due. Quarum prima hec est. Si essent duo necesse esse: predicaret̄ igitur necesse eē de quolibet eoꝝ: et idqđ sic se habet non euadet quin sit sua necessitas de seipso non ꝑ aliđ aut ex causa: et oporteret ꝙ eēt causatū: et nos nō sic intēdimus de eo: et sequentes hanc viā opinant̄ ꝙ spēs hoīs dicit̄ de petro et guilermo: et petrus non est homo de se: si nāqꝫ nō esset guilermus non esset de se homo: nisi aliqua causa posuerit eum hominē: et posuit petrū hoīem: ergo multiplicata ē humanitas: et multiplicata materia presens: sed dependentia dicte multiplicationis de materia est

quid intelligibile.vz.non est de substātia humanitatis sic² si necessitas est in necessario esse de seipso tantū sibi inueniretur. Si enim ab aliqua causa pcederetur: esset ergo causatū: et non igitur necessariū esse. Patet ergo ex hoc q necesse esse est sine dubio vnū. Hucusq; sunt Algazelis verba: deinde respondit Alga. phs dicēs q totaliter id quod dixistis q si essent duo necesse esse rē. diuisio erronea est. Nos eniz declarabimus q vocabuluz necesse esse est dubitabile nisi intelligatur pro eo id qd causaz non habet: vnde si hec sit huius vocabuli intentio: dicemus q impossē nō est ponere duos imprincipiatos eē necessarios: et nullus ipsorū alterius est causa: ergo qn̄ dicitis q id qd non hz causam caret causa de seipso aut ex aliquo: diuisio est erronea: qz intentio cause et non indigere esse de causa: non oportet ab aliquo causari: quia non habere causam pura negatio est: et pura negatio non habet negationez: neq; pertinet dicere q sit de se: aut non de se. sed si intenderetis pro necesse esse sm denominationē secundam preter quod est ens sine causa: tunc non per se intelligitur. Unde ex istis patet q hec demonstratio est picta et sine radice: imo dicimus q intentio dicti vocabuli est id quod non habet causam: neq; ipsum non habere causam procedit a causa. Et hec diuisio nō tendit erga denominationes affirmationis maxime: quia id reducit ad negationez. Uerbi gratia. Si aliquis diceret q nigredo est color: aut ex se aut ex causa: si de se: oportet q rubedo non sit color: et q hec species coloratio non reperiatur nisi in nigredine. si vero nigredo color fuerit ex causa: oportet q intelligatur q nigredo non sit color nisi causa poneret eum colorem: id enim attribuitur substantie: qd est additum super substantiam ipsius. Forte priuatio potest in intellectu imaginari: quamuis realiter reperiri nequeat. Sed dicetur q hec diuisio est erronea sm positionem. vnde non est opinandum q si nos dicē/

remus ꝙ nigredo est coloꝛ de se qđ sit possibile dicere
ꝙ sit non de se: similiť est dicendū ꝙ hoc ens esse neces/
sarium per se pꝛohibeat nos dicere ꝙ sit nō per se: ita ꝙ
ex hoc sequatur falsum. hucusqꝫ sunt verba Alga.

¶ In ista quinta disputatiōe disputāt phī de vnitate pꝛimi. Cum enīz
disputauit de eternitate simpliť. ꝛ post de effectu pꝛimi circa ipm mun/
Dubitatio. dum ꝛ de rōnibus phoꝝ circa hoc: reliquū est aggredi in hac quinta
de vnitate pꝛimi qōnes facere. ¶ Dices: videť ꝙ Auer. peruertat oꝛdi
nem: qm̄ Aristo. pꝛimo celi: vt narrat Auer. tractat de infinitate mū/
di: an. s. mundus sit finitus vel infinitus. Et vtrū sit vnus vel plures:
ꝛ istum oꝛdinē seruat: qm̄ pꝛimo tractat vtrū mundus sit generabi/
lis ꝛ coꝛruptibilis. scđo vtrū sit finitus aut infinitus. ꝛ tertio vtrum
sit vnus numero: aut plures. ꝛ ait Auer. ꝙ hoc facit pp sciam de vnita
te ꝛ eternitate pꝛimi: vt pꝫ ibidē cōmē. 33. ꝛc. Ergo Auer. si tracta/
turus erat de vnitate pꝛimi: cur nō tractauit an sit finitus an nō: ꝛ an
Solutio. vn⁹ an nō: postꝙ̄ tractauit de generatiōe ꝛ coꝛruptione eius. ¶ Dicē
dum ꝙ si pꝛobatum sit mundum habere agens erit ꝓbatum ipsum
esse finitū in magnitudīe: vt dicit ibi Auer. ꝛ qꝛ disputauit Auer. an
mundus habeat agēs: ideo non opus fuit tractare an sit finit⁹ in q̄ti
tate. Item qꝛ solu. vnitatis mundi presupponit hꝫ qm̄ non disputat
vtrū deus sit vnus: sed vtrū vie sapientū sint demōstratiue: ideo non
curat tractare de vnitate mundi: qm̄ iaꝫ disputatio nō vertiť vtrum
mūdus sit vnus: vt pꝫ in titulo disputatōis pn̄tis. ¶ In pꝛlo igiť du/
bio adducit Alga. viā phoꝝ. ꝛ dicit. Ait Alga. vie sapientū sunt due
quarū pꝛima hec est: ꝛ pꝛio ponit vnā hypotheticā. d. si eēnt duo nece
esse. igiť p̄dicareť necesse esse de quolibet illoꝝ: ꝛ p hoc vult hr̄e istam
minoꝛē: vbi duo sunt necesse esse: necesse esse p̄dicať de pluribus eius/
dem rōnis. Deinde accipit maioꝛeꝫ. d. ꝛ id qđ sic se hꝫ. i. ꝛ id qđ pre/
dicať de pluribus necesse eē: nō euadet quin sit sua necessitas de seipso
nō per aliud aut ex cā: vult ergo ꝙ argumentū sic cōponať: omne p̄/
dicatū de pluribus necesse esse oīno opꝫ vel prediceť de illis a se: ꝛ nō
ab alio vel ab agente dante illis illud predicatū. Deinde accipiť mi
noꝛ predicta: sed vbi sunt plura necesse esse: necesse esse predicabitur
de illis pluribus necesse esse: ergo in pꝛima figura necesse esse nō eua/
det quin prediceť de illis: aut a se: aut ab alio. ꝛ statim cōtradicit vni
mēbꝛo. d. ꝛ sup. si ab alio opꝫ ꝙ esset causatū: ꝛ nos nō sic intēdimus
de eo. (Et sequentes.) Hic declarat maioꝛē. Et debes scire ꝙ via pre/
dicta potest componi in pꝛima figura: vt dictum est: ꝛ in secunda sic:
omne qđ pluribus inest ꝫm predicationē ꝛ verificationē causatuꝫ est
illis ab aliqua cā: sed necesse esse nō causatū est pluribus aliquo mo/
do: ergo nō inest pluribus: vtriusqꝫ ergo syllogistice foꝛme vna est ma
ioꝛ: ideo hic pꝛobat illam maioꝛē per exēplum. scđo ibi. (Similiť si ne
cessitas.) statim accipit minoꝛis vim pꝛout foꝛmatur in secunda figu/
ra. dicit ergo: ꝛ sequentes hanc viam opinamur ꝙ species hominis
dicitur de Petro ꝛ Guliermo: ꝛ Petrus nō est homo de se: imo si nāqꝫ
nō esset Guliermus actu nō esset de se homo: qꝛ pōt esse guliermus: di
co nō esse hoīem de se: nisi aliqua cā posuerit eum hominē ꝛ posuerit


Petrã hominẽ: ergo humanitas est multiplicata ĩ materia presens: sʒ dependẽtia dicte multiplicationis de mã est quid intelligibile de se nõ de substãtia humanitatis. ideo hoc fuit ab agente. Deinde accipit minoris vim put cõponitur in scđa figura. d. similr si necessitas est in necessario esse de se tm̃ sibi inueniret: vult dicere: sʒ necesse esse non est causatũ ipsi necesse esse ab alio: ꝛ hic erat minor: cuius rõnem dicit. si enĩ ab aliqua cã pduceret: esset ergo causatũ. nõ ergo necessariũ esse apud eos: ꝛ sic pʒ minor. cõclõnẽ supplet statiʒ. d. pʒ ergo ex hoc ꝙ necesse esse est sine dubio vnũ. (Hucusqȝ.) Hic vult adducere sol. Alga. ad argu. phoꝝ. ꝛ ait. hucusqȝ sunt Alga. verba. demũ respõdet Alga. phis. d. ꝙ totalr illud qđ dixistis ꝙ si essent duo necesse esse ꝛc. diuisio erronea est. vult dicere ꝙ illa diuisio: aut ipso seipso est necesse esse: aut ab agẽte est diuisio erronea. Qđ declarat. d. nos enĩ declarabimus ꝙ vocabulum necesse esse est dubitabile: nisi intelligitur per id qđ cãm nõ habet: necesse esse ergo idem est ꝙ cãm nõ habẽs. Ideo cõcludit. d. vnde si hec sit hui⁹ vocabuli intẽtio. dicimus ꝙ nõ est impoẽ ponere duos inprincipiatos. i. incausatos esse necessarios: ꝛ p̄ sic ꝙ nullus ipsoꝝ sit cã alterius: ideo cõcludit: ergo quãdo dicitis ꝙ id qđ nõ hʒ cãm caret cã de seipso: aut caret cã ex alio est diuisio in se erronea: cuius rõnẽ dicit: qꝛ intẽtio cãe: ꝛ nõ indigere esse de cã. i. qꝛ rõ cãe: ꝛ p̄. i. nõ indigere cã: nõ opʒ ab aliquo causari. i. ꝙ cã nõ habeat cãm nõ hʒ ab alio. Huius aũt dat rõnẽ: cuius minorẽ prĩo accipit. d. qꝛ nõ habere cãm pura negatio est: ꝛ pura negatio nõ hʒ negationẽ. i. cãm negatiõis: iđ ait ꝙ illa diuisio est erronea: neqȝ pertinet dicere ꝙ illud sup. sit de se aut nõ de se: vult dicere ꝙ sicut hec diuisio erronea est: hõ est rõnalis vel irrõnalis: ita in proposito necesse esse hʒ cãm: vel nõ hʒ cãm. ꝛ p hoc ad formã argumẽti negat maior. lʒ enĩ necesse esse pđicat de pluribus non opʒ quereret aut a se: aut ab alio. (Sʒ si intẽderetis.) Uult cõfutare illud qđ Plato credebat: vbi debes scire ꝙ necessariũ põt dupl̃r exponi. vno mõ priuatiue p̄ eo qđ nõ hʒ cãm: ꝛ sic est vera expõ. alio modo pro eo qđ est sempiternũ ꝛ semp ens: nõ qꝛ caret cãis esse: sed qꝛ caret causis corruptibilitatis: vt dicit Auer. in vltimo de substãtia orbis. ꝛ sic exponit positiue: dicit ergo: sed si intenderetis sup. vos phi pro necesse esse ẽm denominationẽ scđam. i. positiue pter qđ est ens sine cã. i. nõ intelligẽdo prĩo modo. s. p̄ eo qđ caret cã: tũc nõ per se intelligit. i. nõ est p se intelligibile: qm̃ sic exponẽdo ẽt ↄtingẽs est necessariũ: qm̃ aliqđ est ↄtingẽs: vt celum apud hos: qđ est sempiternũ: ꝛ igit erit necessariũ: ideo concludit. vñ ex hoc pʒ ꝙ hec demonstratio phoꝝ est picta ꝛ sine radice.

¶ Et debes scire: vt tactũ est in disputatiõe quarta. ꝙ doctrĩa phoꝝ arabũ ẽ ꝙ ista sint synonyma ens sine cã ꝛ nec̃e ẽẽ. Et hec. s. ens hñs cãm ꝛ ↄtingẽs esse. opinati. n. sunt ꝙ oẽ cãtuʒ sit nouũ. i. dependẽs: ꝛ oẽ dependẽs apud eos ẽst ens in sui nã poẽ. ꝛ iđ dicunt ꝙ necesse esse ꝛ carens cã sunt idẽ oĩbus modis. Et pp̄ter hoc ad formã qõnis manifesta est sol. qm̃ ꝛ si necesse esse de plurib⁹ predicet ꝛ in pluribus: sic nõ possumus querere cãm cur inest: qm̃ tũc eius qđ non hʒ cãm: cãm quereres. (Immo dicimus.) Cum dedit rñsionem vie phoꝝ: adhuc declarat illam. d. imo dicimus ꝙ intentio dicti vocabuli est id quod non habet causam: ꝛ tunc addit neqȝ ipsum non habere cãm pcedit

Opĩo arabum.

a cã.(Et hec diuisio.) Remouet obiectionẽ: qm̃ posset dici q ego volo intelligere necesse esse positiue: hoc remouet.d. z hec diuisio sup. que ponitur in maiori nõ tẽdit.i.dirigit erga denoĩationes affirmationis.i.inq̃tũ illa extrema capiunt positiue: cuius rõnez dicit quia id.i.necesse esse reducit ad negationẽ: qd intelligo prout distinguit a possibili: opz vt negatiue itelligit.(U.g.si aliqs.) Hanc responsionẽ iterũ p exẽplũ declarat.d.U.g.si aliqs diceret q nigredo est color: z peteres aut ex se: aut ex cã. Si de se: opz q rubedo nõ sit color: z opz q hec species colorãtio nõ reperiat nisi in nigredine. Si vero nigredo color fuerit ex cã: opz q intelligit q nigredo nõ sit color: nisi cã poneret eũ colorẽ: cuius rõnez dicit.id eniz attribuit sĩbe: qd est additũ supra sĩbam ipsi' ab alio: ergo si nigredo color esset attributiue: tunc ab alio esset color.(Forte priuatio.) Hic rñdet huic exẽplo: z vult q aliqs possit imaginari q nigredo sit color de se.i.nõ ab alio: z de pluribus pdicat color: qm̃ illa negatio nõ est vera in rerũ nã exñs: sz tm̃ in mẽte. hoc dicit forte priuatio põt itellectu imaginari.i.concipi q̃uis realiter reperiri nequeat.(Sed dicet). Replicat hãc rñsionẽ.d.sz diceretur q hec diuisio est erronea fz hãc positionẽ.i.si intellr negatiue z tũc illa diuisio est erronea: sicut dictũ fuit. Uñ nõ est opinandũ q si nos diceremus q nigredo est color de se q sit posse dicere q sit non de se: qm̃ non põt intelligi aliqd esse de se tale: z tñ intelligibile esse nõ de se tale: z ideo si magnitudo est color de se frustra querit an de se: aut ab alio.i.non de se: qm̃ nullus potest imaginari ipsam esse non de se postq̃ ponitur de se talis. Et tunc applicat sequens ad propositum. d.sĩr est dicendum q hoc ens esse neciuin per se phibet nos dicere q sit nõ per se: ita q ex hoc.i.hac diuisione sequit ipõe falsuz.q.d. q si necẽ esse est necesse esse cũ hoc sit dicere esse ens sine causa: ideo non põt fieri diuisio: z q̃rere vtrũ hãc ab alio: aut a se: qz nullus põt ambigere q sit ens ab alio: z sic ptz solo.

AVERROIS.



Nos dicimus q hec via quam Alga.dicit in vnitate noĩe pħorũ tm̃ ab Auic.reperitur: non ab alio antiquorz philosophorũ: z cõponitur ex vniuersalibus propõnibus: z mẽbra eius sunt sumpta equiuoce: z ideo est via valde altercãda: sz si dicta mẽbra diligẽter diuiderẽtur z respiceret intentũ pdicte vie facilr põt reduci ad demonstratiuã viam: ergo quãdo dixit Alga, vz. q prima diuisio erat falsa z erronea non est verum: eo q ipse ait q id qd intelligit de vocabulo necesse esse est id qd non hz cãm. Et si forte aliquis diceret q id qd causam nõ habet aut illud nõ habere est de se aut ex causa. Dicimus q sunt verba absurda; simlr si aliquis diceret q


necesse eē nō euadet quin sit necessariū: aut ex causa: est falsum. Immo necesse esse pcedit a ppria natura communi Petro & Guliermo. Et ideo si primo modo intelligi nō dz humanitas reperiri in alio. si scđo modo tunc sine dubio cōponit̃ ex duabus naturis. vz. vniuersali & particulari. sz cōpositū est causatū: & necesse eē nō habz cām: ergo necesse esse est vnū. Patet ergo ꝙ quādo dicta via hoc modo ordinabit̃: tūc erunt verba Aui. vera. Rursus id qđ dixit Alga. s. ꝙ pura priuatio nō hz cām: neqꝫ de ea dici dz ꝙ est ex se aut ex causa: verba erronea sunt. aliquid enī pōt negari de aliquo aut ab aliqua simplici re: vt dz hic itelligi qñ dixit de se aut ex aliqua denominatione ppria in eo: sicut dz hic intelligi in qualibet cā. Sz id qđ dixerat ꝙ hoc nō verificat̃ nisi de denominationibus que predicant̃ modo affirmationis maxime: dico ꝙ de eis que ponunt̃ modo negatiōis.

¶ Nūc Auer. vult ptractare sol. pñtis dubij: & primo ponit auctorez huius vie. d. dicimus nos ꝙ hec via quā Alga. dicit in veritate. s. primi noīe phoꝝ tm̄ ab Aui. reperit̃: nō ab alio antiquoꝝ phoꝝ. Deinde addit nām huius vie. d. & cōponitur ex vlibus propōnibus: & mēbra eius. i. extrema huius vie sunt sumpta equiuoce. i. sunt multiplicia pz equocationē: iō est via altercāda. (Sed si dicta.) Nunc vult ponere modū euadēdi ab argumētis Alga. cōtra hāc. & primo p̄ponit hoc. secūdo exequit̃. dicit ergo: sz si dicta mēbra diligēter diuiderent̃. i. reducerent̃ ad vniuocū: & sup. Alga. respiceret intētū p̄dicte vie facil'r pñt sup. mēbra reduci ad demōstratiuā viaz. (Ergo qñ Alga.) Nunc exequit̃ & declarat quō hec via euidentiā hz. d. ergo qñ dixit Alga. ꝙ prima diuisio erit falsa & erronea nō est verū: dico nō est verū: eo quia ipse dixit ꝙ id qđ intelligit̃ de vocabulo necesse esse est id qđ nō habz cām. Uult dicere Auer. falsam esse necesse esse carere cā: qm̄ intelligētie oēs sunt necesse eē apud phos pipatheticos. & tñ plane apud Ari. habēt cām. est. n. necesse esse a se: vt primū principiū: & ab alio: vt reliqui motores: vt sepe dictū est. (Et si forte.) Respōdet Auer. ad formam: & primo pponit argumenti vim. d. & si forte aliquis diceret ꝙ id qđ cām nō hz: aut illud nō habere est de se: aut ex cā. Respōdet. dicimus ꝙ hec sunt verba absurda: q̄si dicat nō ↄcludētia ad ppositū. Simil'r si aliquis diceret ꝙ necesse esse nō euadet quin sit necessariū: aut ex causa est falsum; immo necesse esse procedit a propria natura cōmuni Petro & Guliermo: & ideo si primo modo intelligit̃ nō debz humanitas reperiri in alio. ¶ Debes scire ꝙ Auer. vult ꝙ necesse esse potest capi duobus modis. vno modo pro ipsa natura cōmuni necesse esse que in se nihil aliud est nisi natura carens causa: & sic nō habet causam. & sic querere an habeat causam an non. Auerrois cum Alga. Duplex necesse esse.

acceptat illaz diuisionē esse absurdā. Scđo mō pōt accipi nā illa: put cōiungit pluribus et cōponit pluribus: eo mō quo humanitas pōt du plr capi: vno mō in se: et sic nō hʒ cām. alio mō vt cōponit sorti et pla/ toni. et sic lʒ ipsa nō habeat cām: cōpositū ex humanitate et dria vlti/ ma cōtrahente illam ad sorté hʒ cām. et sic necesse esse habere causaʒ nō est absurdū. et hoc apponit. d. Si scđo mō tunc sine dubio cōponit ex duabus naturis. vʒ. vniuersali et particulari. et per hoc vult mino/ rem. deinde accipit maiorē. d. sʒ cōpositū est causatū: ergo necesse eē hʒ cām: qđ est falsum tam in se q̄ vt alteri appropriat: qđ declarat. d. et necesse esse nō hʒ cām: ergo necesse esse est vnuʒ. et id cōcludit. d. pʒ ergo q̄ quādo dicta via hoc modo ordinabit: tunc erunt verba Aui. vera. pōt ergo sic argui. omne cōpositū vel in se vel alteri hʒ cām. sed primū necesse esse nec in se nec alteri non hʒ cām: ergo nec in se: nec alteri est cōpositū: et per ꝯñs nō est vniuersale: et sic est vnum simplr. (Rursus id qđ.) vult nunc reprobare aliud dictuʒ Alga. d. rursus id qđ dixit Alga. s. q̄ pura priuatio non hʒ cām: neq̄ de ea dici debet q̄ est ex se: aut cāt verba erronea sunt: qđ probat. aliquid enim pōt nega ri de aliquo: aut ab aliqua simplici re. i. per carentiā cāe tm̄: et vt dʒ hic intelligi qñ dixit de. i. p id verbū de se: aut pōt negari ex aliqua deno minatione. i. nā ppria. i. addita in eo: sicut dʒ hic itelligi in qlibʒ cā.

Nota ¶ Debes scire q̄ aliqđ cōpetit alicui p negationē: vt celo esse sempi/ ternū: p priuationē cāruʒ corruptiōis: et hoc modo negatiue: et sic non hʒ cām aliqua negatio: cōpetit alicui pp aliquid positiuuʒ. v. g. hoi per rōnale inest hec negatio inrudibile: et modo hʒ cām positiuaʒ: ergo pʒ q̄ aliqua negatio pōt hr̄e cām: et aliqua nō: et sic dictū Alg. falsum est. Deinde apponit vltimū peccatū. d. sʒ id qđ dixit q̄ hoc nō verifica tur: nisi de denoīationibus que predicant mō affirmationis maxime. Dōm q̄ verificat de eis que ponunt mō negatōis: vt nunc tactū est.

ALGA. DUB. II.



Ait Alga. scđa vero predicta viarū hec est: si ponerem duo necesse esse: aut essent sīles oīno aut differrent: si essent totalr sīles: tunc nulla esset ibi numeratio: neq̄ binitas. due nāq̄ nigredines dicunt quādo sunt in duobus subiectis: vel in vno eodē: sed in duobus tpibus. Nigredo enim et motus in vno et eodē tempore sunt duo: q: in substātia differūt: sʒ qñ in substātia nō differūt vt sunt due nigre/ dines cum vnitate tpis et loci: tunc sine dubio nulla est numeratio. ¶ Et si posse esset dicere q̄ in vno tpe et vno subiecto essent due nigredines: possibile ergo esset de quolibʒ indiuiduo q̄ sint duo: licet ibi numeratio nō co gnoscatur. et postq̄ nulla est ibi similitudo opʒ igitur q̄ differant: sed non differūt in tpe neq̄ in loco. opʒ ergo q̄ differāt

q differant in aliquo. & si sic nõ euadent quin cõicent in aliqua re: aut non: q nõ cõicent falsuz est: qz sequeref ex hoc q ipsi non cõmunicarent in esse: neqz in necessitatis esse: & ideo opz q cõicent in aliquo: & differant in aliquo. Et si sic: opz ergo q id in quo cõmunicant differat ab eo in quo differunt: ergo est ibi necessaria compositio & diuisio intellectualis: sed necesse esse nõ componitur. ¶ Et id qd non diuiditur in quãtitate nõ diuidif in dicto exponente: eius eniz substantia non componitur ex rebus que significari possunt ex dicto exponente que sunt numerabiles: sicut animal rationale: significant illud de quo humana quiditas constituitur: & nõ est dubium q id qd significat animal differt ab illo qd significat rationale. ergo homo componitur ex partibus ordinatis in distinctione ex dictis illas partes significantibus: & istud nomen. s. homo aggregatum istud representat: & alio modo similitudo non est imaginandum.

¶ Sed ad hoc rñdenduz est q nos debemus ꝓcedere. s. q binitas nõ est imaginanda: nisi cũ differentia in aliqua re: & illi qui sil'es sunt oĩmode nõ est imaginanduz q differant: sed id qd dixistis. vz. q predicta species cõpositiõis falsuz est in primo principio: verba sunt nuda de omni demonstratione: immo pertinet q sit questio per se: opinio enim pħorum cõmunis est q primum principiuz non diuiditur in dictis. s. in diffinitione: sicut realiter non diuiditur.

¶ Diuiditur hoc capitulũ qñ primo Auer. adduxit verba Alga. vbi ponif via pħorũ. scđo ibi. (Sed ad hoc respõdeñ.) soluit viam pħorum. Pro intellectu prime partis debes scire q via ista exponif hypothetice si necesse eẽ multiplicaf est ibi cõpositio: sed in necesse eẽ nõ est cõpositio. ergo nõ multiplicaf. primo ergo ꝓbat maiorẽ. scđo ibi. (Sed necesse eẽ.) Accipit minorez. tertia ibi. (Et id qd nõ.) Confirmat qd dixit: vnde dicit: ait Alga. scđa vero ꝑdictarũ viaruz hẽ est. si poneremus duo necesse eẽ: aut eẽnt similes oĩno. i. oĩbus modis: aut differrent. si eẽnt totaľr similes: tunc nulla eẽt ibi numeratio neqz binitas idest dualitas: qd ꝓbat exẽplo. d. due nãqz nigredines dñr qñ sunt in duob' subiectis: vel in vno & eodẽ: sed in duob' tẽporib' diuersis: & exponit hoc. d. nigredo. n. & motus in vno subiecto & eodem tpe sunt duo: qz in sba dñtz sed qñ in sba nõ dñt cuz vnitate tpis & loci. i. nec

in spẽa nec in loco: nec in tpe: nec in subiecto: tunc sine dubio nulla est numeratio. Uult ergo dicere ꝙ duo indiuidua nõ dr̃ia in spẽa. i. eiusdem speciei: nec dr̃ia loco nec tpe nec subiecto oĩno sunt vnũ. Et hoc probat p impoĩe. d. ꝛ si eẽt possibile dicere ꝙ in vno tpe: ꝛ vno subiecto essent due nigredines: tunc poĩe eẽt de quolibet indiuiduo. i. nullam haberem⁹ viam ad improbãduz vnum indiuiduũ esse duo: lʒ ibi numeratio nõ cognoscat: ꝛ dicere te esse duo hoĩes: lʒ ego nõ cognoscam dualitatẽ. cõclusio pʒ. Jdeo cõcludit aliud membrũ. d. ꝛ postꝗ̃ nulla est ibi similitudo. opʒ igitur ꝙ differant: sed nõ differũt in tpe: neqꝫ in loco: opʒ ergo ꝙ differãt in aliquo: ꝛ si sic nõ euadet quin cõmunicẽt in aliqua re: aut nõ. Qδ nõ cõicent falsuʒ est: qꝛ sequit ex hoc ꝙ ipsi non cõicent in esse: neqꝫ in nec eẽ: ideo cõcludit ꝙ oʒ vt cõicẽt in aliquo: ꝛ ĩ aliquo differãt. ꝛ si sic: opʒ ergo ꝙ id in quo cõicant differat ab eo in quo differũt. i. ꝙ in alio cõueniãt: ꝛ in alio differant: ꝛ tunc cõcludit maiorẽ. d. ergo est ibi necessaria cõpositio ꝛ diuisio intellectualis. (Sed necesse.) Nũc accipit minorẽ. d. sed necesse eẽ non cõponit: tacet ꝯclusionẽ. d. ergo necesse eẽ non põt multiplicari. (Et id qδ.) Potest dici ꝙ ħ cõfirmat p̃dicta sic: illud qδ nõ diffinit nõ cõponit: sed necesse eẽ nõ diffinit. ergo ꝛc̃. vel põt dici ꝙ infert corpore ipsum nõ diffiniri. ꝛ est plus cõsona textui. ait ergo: ꝛ id qδ nõ diuidit in quãtitate. i. in multas partes: nõ diuidit in dicto exponẽte. i. non hʒ diffinitionẽ que est dictũ exponẽs id qδ cõtinet diffinitũ. Probat qδ dixit: eius. s. necesse eẽ substãtia nõ componit ex rebus que significari pñt ex dicto exponẽte. i. diffõne que sunt numerales. i. multe: sicut aĩal rõnale: significãt illud de quo hũana qditas ꝯstituit. (Et nõ est.) probat qδ dixit: ꝛ nõ est dubiũ ꝙ id qδ significat aĩal: differat ab illo qδ significat rõnale: ideo cõcludit: ergo homo cõponit ex partib⁹ ordinatis in distinctiõe ex dictis illas partes significãtib⁹: ꝛ istud nomen homo illud aggregatũ representat: ꝛ alio mõ similitudo. s. inter illa duo necesse esse nõ est imaginãduz nisi mõ dicto. s. ꝙ differãt ꝛ cõueniant: vt dixi. Et sic pʒ primo via phoꝝ. ꝛ scδo qualr ipsuʒ necesse eẽ est simplex: ꝛ ideo nõ difficile videt ꝙ hec sit cõfirmatio argumẽti phoꝝ. (Sed ad hoc.) Nunc Alga. rñdet huic vie. ꝛ dicit: sed ad hoc rñdendũ est ꝙ nos debem⁹ ꝯcedere ꝙ binitas. i. dualitas nõ est imaginanda: nisi cuʒ dr̃ia in aliqua re. ꝛ sup. cõueniẽtia in aliqua: ꝛ etiaʒ debemus cõcedere ꝙ illi qui sunt oĩno similes nõ est imaginãduʒ ꝙ differãt: ꝛ sic cõcedo in deo eẽ cõpositionẽ ex quo cõueniũt ꝛ quo differunt: ꝛ statim dixit vbi stat punctus. d. sed id qδ dixistis. vʒ. ꝙ predicta species cõpositiõis falsuʒ qd est in p̃mo principio: verba sunt nuda ab oĩ demonstratiõe. i. sunt verba: ꝛ non rõnes: imo illud. vʒ. an in deo sit cõparatio ptinet ꝙ sit qδ per se. Et apponit illud qδ phi ponũt. d. opinio. n. phoꝝ cõis est ꝙ p̃mũ p̃ncipiũ non diuidit. s. in diffinitione: sicut realr non diuidit. Et sup. sed hec est qδ: qm̃ multi concedunt cõpositionẽ in deo: vt dicã in solu. dubij huius. Uult ergo Alg. ꝙ ħ via ducit ad hoc inconueniẽs. s. ꝙ in deo sit cõpõ: ꝛ vult ꝙ istud incõueniẽs lʒ sit incõueniẽs. tñ via phoꝝ nõ ostẽdit istud eẽ incõueniens: nisi p illud. s. qꝛ deus nõ est diffinibilis: sʒ illud est qδ: ꝛ sic ad pbationẽ dubij adducũt vel magis dubiũ: vel equalr dubiuʒ quare via illa nõ fuit demr̃atiua: sed topica.

AVERROIS.



os dicimus ꝙ Alga. nō estimauit errorem huius scđe vie: ⁊ cepit loqui cū phis in vna obscura materia. vz. ꝙ sit possibile attribuere diffinitōis pluralitatē ipsi necesse esse: qđ phi totalr negāt: ⁊ videt ei ꝙ sit disputatio p se. Quedā enim secta loquētiū que hassaria nūcupatur: attribuunt pluralitatē primo principio ꝓut ponunt sbam cum denoīationib⁹. ¶ Sed error hui⁹ vie hic est: illa enim que differūt abinuicē differūt in eorū substātijs: ⁊ nō in aliquo cōueniunt nisi in dictis tm̄: ⁊ hoc est qn̄ nō cōueniunt in genere: neq̧ propinquo: neq̧ remoto: vt nomen corporis apud phos: qđ pdicat de corpe supercelesti: ⁊ de corpe corruptibili: ⁊ sicut nomē intellectus qđ dicit sup intellectū humanum: ⁊ super separatas intelligētias: ⁊ sicut nomen entis qđ dicit de rebus corruptibilibus ⁊ eternalibus. Tandem ꝙ talia vocabula rōnabilius debent ingredi nomina equiuoca ⁊ nō vniuoca: ergo non sequit ꝙ entia abinuicem differentia cōponant. Deinde meditatus est Alga. vt duceret phoꝝ opiniones in dei vnitate: ⁊ postea disputare cum eis.

¶ Nunc vult reprobare Alga. in eo qđ dixit extra propositum: secundo ibi. (Sed error.) Vult ponere verum defectum huius vie: dicit ergo in prima. dicim⁹ nos ꝙ Alga. nō estimauit errorem huius vie secūde. i. nō putauit illud inconueniēs esse incōueniēs. i. ꝙ in deo sit compositio nō putauit impossibile: ⁊ ideo cepit loqui cum philosophis in vna obscura mā quam explicat. d. vz. ꝙ sit possibile ipsi necesse esse attribuere pluralitatē diffinitiōis. Hoc enim Alga. ꝯcessit ꝙ philosophi totaliter negant: ⁊ videt ei ꝙ sit disputatio per se: qm̄ infra declarabitur vtrum deus sit diffinibilis: qm̄ infra dicet vtrum deus sit in genere: vnde si deus nō est in genere: habet ꝙ deus nō potest definiri. ¶ Debes scire ꝙ questio an in deo sit diffinitio est questio an deus sit cōposit⁹ ex genere ⁊ differētia: ⁊ q: istud tractabit infra: ideo Alga. male aggressus est hanc questionē. (Quedā enim secta.) secūdo hanc questionē esse per se ostēdit per alium modū. d. quedā enim secta loquētium. i. theologoꝝ que hassaria nūcupat attribuūt pluralitatē primo principio: ꝓut ponunt sbam cum denoīationib⁹: ⁊ forte ista secta est christianoꝝ qui ponunt in deo pluralitatem personarū: sicut infra dicetur: ⁊ hec est questio infra tractāda: ergo male Alga. aggressus est hanc q̄stionē ꝓpter duo: pmo: q: si exponit de pluralitate diffinitio/

nis infra disputatiõe septia. Si vero per cõpositionẽ intelligit plitas psonarum adhuc est qõ p se: ergo quocũq; Alga. male aggressus est hac qõnez. (Sed error huius.) Uult nõ ponere errorez huius vie. ¶ Et debes scire q pñt aliqua intelligi differre dupl'r. pmo. s. inquãtũ sunt pmo diuersa: que in nullo reali vniuoco couenĩũt: et quedã que dñt dña que in aliquo couenĩũt: et in aliquo differũt: et hec ppũe sunt in pdicaméto. Pot ergo rñderi ad formã argumẽti q dant plura nec eẽ eẽ que differũt pmo mõ: et nõ couenĩũt in aliquo vniuoco reali: sz eg/ uoco: et sic rõ illa nõ cõcludet illa cõponi ex vli et particulari. dicit er go: sed error huius vie hic est. illa enĩz que differũt adinuicẽ differũt in eorũ subiectis. i. se totis subiectiue: et nõ couenĩũt in aliquo nisi in dictis tm. i. in noie: et hoc est qñ nõ couenĩũt in gñe neq; propinquo neq; remoto: qd declarat exẽplo. d. vt nomẽ corporis apud phos qd pdicat de corpe supcelesti: et de corpe corruptibili. Deindẽ ponit scdz exẽpluz. d. vt nomẽ intellect⁹: qd dr sup intellectũ humanũ: et super intelligẽtias sepatas: et nomẽ entis qd dr de rebus corruptibilib⁹ et eternalib⁹. Tandẽ sup. dicũt talia vocabula rõnabili⁹ debere ingre di noĩa equiuoca et nõ vniuoca. et tunc cõcludit rñsionẽ. d. ergo nõ se quitur q entia. s. ipsa necesse eẽ adinuicẽ dña cõponant: qm nõ erũt dña: sed primo diuersa. post ordinat caplm Alga. et sermo eius patet.


¶ Sed circa hoc caplm sunt due qõnes: pma q: hec scda via phorum ducit ad illud met incouenieñs ad qd ducit prima vt visum est: prima enĩz duxit ad hoc q tunc necesse eẽ est cõpositũ: et hoc idem scda: ergo

Dubitatio. nõ differũt: cur ergo Alga. dixit hanc viam eẽ scdam. ¶ Secũda qõ qm videt q rõ sit efficax: qd põt declarari processu Arist. in pmo celi. tex. cõmẽti. 90. et. 12. meta. tex. cõ. 49. sic. vbi sunt plura necesse esse: vel ista sunt equalis pfectiõis: vel inequalis: vel in perfectione sunt simpl'r equiuoca: nõ potest fingi tertiũ: qm si sunt simpl'r equiuoca: ergo neutrũ illorum erit altero perfecti⁹: imo quodlibet erit imperfe/ ctum: qm cuilibet deficiet perfectio alteri⁹: ergo opz vt oĩno sint equa lis pfectiõis et vni⁹ et eiusdẽ bonitatis: et simpliciter perfecti equalĩ perfectione: et hoc supponit via phorum: et tunc recte arguit q quodlibz

Solutio ad primã. illorum eẽt compositũ: vt dictũ est: et generabile et c. ¶ Ad has põt di ci. Ad primã dicẽduz q lz ad idem ducant: nõ tamẽ eodẽ modo. hz enĩm prima via pro incouenĩẽti q primũ necesse eẽ sit compositũ: q: tunc haberet causam. secũda via hz pro inconueniẽti idẽ per alium modum. s. q: tunc in deo eẽt cõpositio difformis: et sic apparet diuer/

Ad scdam. sitas vtriusq; vie. ¶ Ad secũdam dicẽdum q illa demonstratio illo mõ formata est virtus demonstratiõis Arist. attñ Auer. reprobat illã quãtũ ad hoc tñ. s. q si eẽnt plura necesse eẽ dña. ergo eẽnt cõposita. hoc. n. vult Auer. nõ valere: vt est data multiplex instãtia: vt dixit.

ALGA. DUB. III.



Dixit Algazel narrans phorum auctoritatem talibus verbis. Unitas nõ perficitur nisi in eo q ipsi deo glorioso attribuat vnitas oĩ/ moda. et hoc nequit obtineri nisi auferẽdo

de eo totaliter pluralitatē. Et ideo supponendū est hic q pluralitas reperitur in subiectis qnqꝫ modis. ¶ Primus quorū ex diuisione actuali seu intellectuali: ꝛ hoc modo dicit q corpus nō est vnū absolute: licet sit vnū in cōitate vl'i: semper enim rōne sue quātitatis reperit siue recipit in potētia diuisionē ad infinitū: ꝛ talis pluralitas īpossibilis est q attribuat deo bñdicto. ¶ Scōs vero q diuidatur res in intellectu ad duas diuisas res non modo quātitatis: imo sunt due nature: vt materia ꝛ forma. lꝫ enim quelibet harū duarū naturarū nequeat per se sustentari realiter neqꝫ in intellectu: nihilominus due sunt res abinuicē dr̄ntes in diffōne ꝛ veritate: ꝛ ex ipsarū cōpactu resultat corpus vnū. Et dicimus q hec pluralitas esset auferēda de deo glorioso. vꝫ. q deus nō est forma in corpore neqꝫ compactū ipsorū. q nō sit forma in corpore manifeste ptꝫ ex cōclusionibus Aristo. octauo physi. ꝛ q nō sit cōpactū ex illis duabus de causis pbat vna quarū q: esset diuisibilis in quātitate in actu ꝛ intellectu. scōa q eēt diuisibilis in nās diuersas: quarū vna est materia. ¶ Terti' pdictorū est pluralitas denoīationū: ꝛ est etiā auferenda de ipso deo vt sapia voluntas ꝛ his similia. Si eīꝫ denoīatōes ī necesse eē fuerint: esset ergo cōicatio inter sbaꝫ ꝛ has denoīatiōes: ꝛ sequeret ex hoc eē pluralitatē in nec̄e eē: ergo remoueret ab eo vnitas. ¶ Quart' ē plalitas ītellectualis seqns cōpōnē gn̄is cuꝫ spē vt nigredo: in nigro enīꝫ cōtinet nigredo cum colore: qnare sine dubio dr̄nt in ītellectu. Differētia enīꝫ cū gn̄e differt: vt hō in quo ɔtinet plalitas cū humāitate q sine dubio dr̄nt in ītellectu; ꝛ h est ɔpositio rerū. vꝫ. de gn̄e ꝛ dr̄ia. ¶ Quint' vō pdictorū est pluralitas sequens copulationē quiditatis cū esse, vt homo nāqꝫ quiditatem hꝫ ante esse. Silr triāgulus hꝫ quiditatē. s. que est figura cōtenta tribus laterib': ꝛ eius esse nō est sba ipsi' quiditatis. ꝛ ideo pōt in ītellectu cōprehēdi qditas hominis vel triāguli; ꝛ adhuc ignoratur vtrū habeat esse

reale:aut non.⁊ si esse cōstitueret quiditatem: nulla quiditas cōprehēderet ab intellectu anteq̄ʒ habeat eē. ⁊ si sic.ergo esse est quid relatuʒ ad quiditateʒ licʒ fuerit illa quiditas semꝑ in esse:vt sunt corpora supercelestia.aut esse accedet quiditatibus aut accidit indiuiduis specierum animaliuʒ vel accidentibus corporuʒ: vel formis aduenientibus compositis.Et dicim⁹ etiā ꝙ hec pluralitas dʒ de actuali esse a primo principio remoueri.⁊ iō dicimus ꝙ esse eius nō est additū sue quiditati.immo suū esse necessariū simile est quiditati alterius. ergo esse necessarium idem est ꝙ sua quiditas ⁊ vnitas ipsius.si enim sue quiditati esse attribueremus: oporteret ipsius esse necessariuʒ sequi illam quiditatem:⁊ esse cōstituens eam:⁊ quodlibet sequens causatur:ergo esse ipsius necessarij causatur:qd̄ est impossibile.

sibile ꝛ entitatiuū seu qditatiuū. ꝙtū ad primū esse requirunt qualita/
tes prime: rōne quarū habēt esse tale: ꝛ rōne quarū agunt ꝛ patiunt.
Scdo modo nō requirūt cuꝫ vt sic abstrahāt ab eis. vult ergo ꝙ sub
genere accidētis cōtineant talia ppria corporibus sensibilibus. (Et
differūt) q: posset quis dicere: an illa sint absolute accidētia: soluit:
ꝛ differūt he denoīationes ab accidētibus apud phos: eo ꝙ acciden/
tia sunt res addite sup sbam indicatā. i. demōstratā per se existētem. i.
indiuiduā: ꝛ dicere denoīationes nō sic se hn̄t: imo ipsemet idē sunt ꝙ
substātie rerū indicataꝝ. i. demōstrataꝝ per se existentiū. Et q: hmōi
dispōnes non sunt idem fm rem ipsis subiectis statim se limitat. ꝛ ait.
itaqꝫ si imaginaremur remotionē dictaꝝ denoīationū sbm totalr re/
mouet. est ergo ibi idētitas inseparabilis ꝛ nō idētitas eētie: ꝛ in hoc
errāt multi qui credūt sbm ꝛ ppriū esse vnā rem: ꝛ est error maxim⁹

Elemēta ꝛ mixta hn̄t duplex esse.

& in metaphysica destruit: p3 ergo qualiter nō sunt absolute accidē tia: sed quodāmodo. (Et inueniem⁹.) Nunc ponit artem qua hmōi denominatiōes insunt vel reperiunt inesse subiectis: & inquit: & inueniemus veritatē harum denominationū que rebus indicatis reperiuntur. s. que rebus demōstratis insunt ab operibus cuiuslibet corporis. U.g. repertuz est ab eis quare planta sit vegetatiua: rōne. v3. cuiusdam operis sibi proprij vt est vegetare. simil'r de animalib⁹ ex quibusda3 proprijs operib⁹ cuiuslibet eorū reperit sup. propriū eius & eodem cōprehēderunt formas bruto. v3. ex virtutib⁹ & actionib⁹ proprijs ipsorum in eis: modus ergo est ex operationib⁹ proprijs rebus: propria eni3 operatio arguit virtutē propriā: & h est denoīatio que cōpetit sbe per se. (Amplius). Nunc dat artem inueniēdi qualiter hmōi dispositiōes sint sbe reru3: & inquit. amplius inueniem⁹ q he denominationes sunt in subiectis earū sbe: ostendit eni3 hoc. d. & hoc inuētum fuit ab eis ex cōuersione dicta denominationū vel permutatione entiu3 de spē ad spēm: aut de genere ad gen⁹: vt pmutatio nature ignis ad aquā. v3. qr remota denoīatōe. i. pprio accidēte ex aqua fit ignis: & ab eode3 accidēte pprio post procedit opus igneū: qm̄ ignis genitus ignit lignum &c. P3 ergo nunc ars inueniendi hmōi propria accidentia esse substātias corporum.

Questio. **Sed in his** est locus qōnis: qm̄ vt dictum est primo physicorum. Impossibile est accidēs vnius esse sbam alterius: sic qd vere est nulli accidit: quō ergo hmōi pprie qualitates pnt esse sbe elemēto cu3 sint accidētia in istis. C Preterea Auer. declarauit in. 5. phy. cō. 10. hmōi qualitates nō eē sbas elemēto: h aūt dicit totū oppositū. C In ista qōne fuit opinio Alex. vt narrat Auer.

Opio alex. 5. phy. cō. 10. s. q q̄litates prie in corpib⁹ mixtis sunt accn̄tiati elntis sunt sbe. hui⁹ aūt rōnē dixit Alex. qm̄ Arist. i pdicamētis dixit. q sbe nihil est ɔtrariū: in lib. aūt de gn̄atiōe vt l. 2. tex. cō. 49. dixit q ignis est ɔtrari⁹ aq: & terra aeri: mō hoc nō pōt v̄ificari nisi ponēdo q hmōi qualitates sunt sbe elnto & nō sbarū mixtarū. Pōt h opinio adhuc pbari: qm̄ vt Auic. inquit i epl'a de cā & causato. cā est id ad cui⁹ eē sequit aliō: s3 ad eē ha q̄litatū sequit elntū: & ad remotōe3 remouet. g in pma figura q̄litates ille sunt cā elnti: vel igit agētes: vel formales: vel finales: vel mālēs. nō agētes: vt dictū est in disputatōe tertia: nec finales cū sint deteriores: nec mālēs cū sbm sit mā accn̄tiu3. 4. meta. cō. 2. formales: & per ɔñs sbe: qm̄ forma vt dicet in hoc loco dr sba ei⁹ cuius est foia. C Preterea oē illō p cui⁹ variationē res variat in noīe & diffōne est sba illi⁹: vt Auer. inquit p phys. cō. 63. & in p cap. de sba orbis: sed per variationē qualitatū primarū elnta variant in noīe & diffinitione: ergo sunt sbe elemēto. C Preterea. omne illō p qd res nālis exit in ppriā operationē est foia ei⁹: qr vt dicet statiz actio facit scire formā: passio materiā: & hoc dictū est. 8. met. cō. 12. sed per hmōi q̄litates elemēta exeūt i suis pprijs opationib⁹ vt dictu3 est in lib. de gn̄atione: & de sensu & sensato: g vt prius. C Preterea illud per qd res definitur est sba rei definite: sed Arist. docet. 2. perigeneseos definire elementa per hmōi q̄litates pmas: ergo hmōi q̄litates sunt sbe elementorū: iste ergo pnt esse rōnes quib⁹ Alex. forte credidit illam positionē quā sibi imposuit Auer. ibi. Auer. aūt. 5. physi. cō. 10. cōtradicit huic

opinioni: vt inquit. Impossibile est vt aliquid in aliquo sit de aliquo predicamento: et in alio de alio: ita quod calor sit in hole de qualitate: et in igne substantia. Impossibile ergo est vt calor sit qualitas mixti: et substantia elementi. ¶ Preterea Arist. in lib. de sensu dixit. nullam substantiam esse principium immediatum sue operationis: sed calor est principium immediatum operationis ignis: ergo calor non est substantia ignis. ¶ Confirmatur. dicit enim quod ignis agit inquantum calidum: et non inquantum ignis: modo quod dicit ly ignis: non materiam: vt dicit Arist. quia reduplicatio illa nihil esset. ergo formam. ¶ Propter hec Jo. iand. 5. phy. opinatus est hanc non fuisse opinionem Alex. inquit enim verecundum enim est tanto philosopho et sic subtili: sicut fuit Alex. attribuere talem errorem manifestum: quod qualitas sit substantia: hec enim propositio est immediata nulla qualitas est substantia: vt dicitur primo poste. sed omnis qualitas est qualitas: ergo nulla qualitas est substantia: arguitur ergo sic: nulla qualitas est substantia. omnis forma substantialis est substantia. ergo in primo secunde nulla forma substantialis est qualitas. quod autem istam rationem ignorauit Alex. non credo quamuis quasi omnes loquentes de hac materia vsque nunc dixerunt istam fuisse opinionem eius: ecce quomodo Jo. palam detestatur Auer. quem visus est sequi semper. ¶ Sed hic bonus homo nihil. d. quod enim illa fuerit opinio Alex. apparet ab eo aperte in lib. de sensu. cap. de sapore. particula illa. Si igitur aque esse est in frigiditate etc. vbi mouet questionem et soluit: et in solone ponit opinionem eius: et Joan. tamen accipit verba questionis: et tacuit verba solonis: vel propter maliciam: vel quia accepit ab alio qui non vidit Alexandrum. et tu vide eum: et nolui adducere verba eius: quoniam ego posui illa in tractatu de substantia orbis: quem scripsi multis diebus. ¶ Preterea. quod dicit iste homo nonne Themi. est maioris auctoritatis quam ipse: attamen ait. 5. physi. sic. huic occurrit Alexander. concedit quod nonnullas ignis qualitates esse qualitatibus aque contrarias: frigiditatem caliditati: et humiditatem siccitati: nec tamen ex eis accipi vult vniuersum ignem esse aque contrarium: quippe que non ex qualitatibus tantum: sed ex alijs quoque corpusculis constent: ecce quod Themistius refert quasi verba formaliter Alex. in lib. de sensu. c. dicto. quomodo ergo Jo. presumpsit dicere illud: propter quod verecundetur hic homo: qui paruum aut nihil sciuit: licet presumpsit scire: opinio ergo Alexandri. est vt dicit Auer. et Themi. sine dubio. ¶ Et postquam impugnata est opinio Alexandri. superest modo declarare mentem Auer. in huiusmodi questione. Vbi debes scire quod elementum potest dupliciter accipi: vno modo in se et quo ad esse eius: alio modo quo ad nos prout. s. a nobis cognoscitur et intelligitur: primo modo adhuc elementum potest accipi vt habet esse quidditatiuum et substantiale: alio modo vt habet esse naturale: et tertio vt habet esse operatiuum. vz. vt agit et patitur: si secundo modo vel intelligitur actu physicali vel actu metaphysicali. ¶ His habitis dicendum quod si elementum consideratur quo ad esse quidditatiuum in se vt sic qualitates non sunt essentia neque pars essentie elementi: immo tota essentia elementi vt sic erit forma: et deferens essentiam erit materia vt declaraui supra: et sic verificatur dictum Auer. 5. physi. commen. 10. vbi contra Alex. dixit qualitates non esse formas elementorum: et. 8. metaph. commen. 5. vbi ostendit huiusmodi qualitates non esse substantias elementorum. ¶ Si autem consideratur quantum ad esse naturale vt sic qualitates sunt forme seu essentie elementorum: quoniam quantum ad esse physicum et naturale qualitates sunt principia essendi naturaliter eorum: eo quia ipsis ablatis auferuntur forma eorum: et ipsis positis ponuntur forme elementorum: immo sic sunt propria elementorum: et elementa intenduntur et remittuntur secundum intensionem et remissionem

Quid sentit Jo. de opinione Alex.

Contra Jo.

Po. Auer.

Dupliciter elementum potest capi.

harũ qualitatũ: vt.3.celi dicit.cõ.67.ꝛ sic põt verificari dictũ eiꝰ hic ꝛ 3.celi.cõ.30.31.ꝛ.32.vbi ait. Deinde post hec perscrutabiť de q̃litatibus ꝛ quãtitabꝰ eoꝝ.i.que est sbã elemẽti: ꝛ si sunt corpora: ꝛ que corpora sunt: ꝛ quoꝝ sunt elemẽta. Deinde perscrutabiť de q̃litatibꝰ eoꝝ: per quas sunt elemẽta: ecce quõ ponit elemẽta eẽ p hmõi q̃litates: ꝛ illas
Nota. esse sbãs elemẽtoꝝ. ¶ Tertio dico q̃ si cõsiderenť elĩta quãtũ ad eẽ actiuũ ꝛ passiuũ: vt sic q̃litates sunt nature ꝛ forme nãles elĩtoꝝ: eo q: sine hmõi q̃litatibꝰ elĩta nõ pñt opari nec actiue neq; passiue q̃m vt dr̃ i li. de sensu: ignis nõ agit inq̃tũ ignis: sȝ inq̃tũ calis: ꝛ sic verificať dictũ Arist.2.perig: neseos: vbi dixit elĩtoꝝ dr̃ias eẽ q̃litates tãgibiles: si vero cõsidereť quo ad nos: vt sic dicendũ q̃ q̃litates sunt quiditas vel dr̃ie elĩtoꝝ: q̃m non pñt intelligi a nobis quo ad dr̃ias ppriás: ideo vtimur q̃litatibꝰ loco illarũ. vt dicit Auer.5.phy.cõ.10. ꝛ.8.meta.cõ.5.ꝛ in lib. de sbã orbis: si vero cõsiderenť cõsideratione metaphysica.s.inquantũ sbe sunt: vt sic sola forma ꝛ mã est pncipiũ essentie ꝛ q̃ditatis: imo forma: vt dixi soluȝ. Dicendũ ergo q̃ q̃litates sunt vno mõ forme seu eẽntie elĩtoꝝ siue sbe: alio mõ nature elementoꝝ: alio mõ q̃ditates seu dr̃ie elemẽtoꝝ. sunt quidẽ forme seu sbe seu essentie ꝓut hñt esse elĩta per illas in esse nãli. sunt quoq; nature ꝓut elĩta hñt agere vel pati ppter illas. sunt tertio q̃ditates ꝛ dr̃ie prout diffiniť a nobis phica ꝛ nãli diffõne: ꝛ sic colligẽdo dicta Auer. q̃daȝ cũ quibusdã verificabunť: illa que inuicẽ repugnare videnť. ¶ Ad
Solo ad argumẽta Alexan. argumẽta pro Alex. ad primũ dicendũ q̃ elĩta sunt cõtraria: nõ quo ad sbãs pure quiditatiue sumptas: sȝ quo ad q̃litates: ꝛ est solutio Auer. in.5.phy.cõ.10.ꝛ i pmo.c. de sbã orbis. ¶ Ad scdm respondet Auer.5.cõ.8.meta.d.ꝛ ignis auferť mediãte calore. nõ pmo neq; per se: sed mediãte ablatione forme ignis: sicut quãdo auferť risibilitas auferť homo: sȝ non primo: sed mediãte ablatione rationabilitatis: ꝛ sic per idẽ pȝ ad tertiũ formaliter. ¶ Ad quartũ solo ptȝ: sunt enim qualitates de esse elementoꝝ prout agunt vel patiunť: vt dicebam. ¶ Ad quintũ solo Auer. fuit dicta q̃ non ponunť tanq̃ dr̃ie: sȝ ꝓut sunt vicine dr̃ijs ppriijs: ꝛ ꝓut elemẽta cõsideranť cõsideratõe phica ꝛ nãli: ꝛ sic ptȝ solo q̃onum ꝛ opi. Auer. opus est ergo vt ad sermonẽ eius veniã ipsum vt prius exponẽdo. (Uñ pȝ q̃ ipsi) Habitis his cõducit modũ quo mã inueniť ꝛ modũ quo forma: ꝛ inquit. vñ pȝ q̃ ipsi sumpserũt signũ subiecti.i. materie ex passionibꝰ. sicut signuȝ forme reperierunt ex actionibꝰ. cuius rõnẽ apponit.d. ipole est em̃ q̃ actio ꝛ passio ab vna ꝛ eadẽ re ꝓcedant: ꝛ sic apparet illud dictũ in.8.metaph.cõ.12. vbi positũ est q̃ actio fecit scire formã: trãsmutatio mãm.
Mã p se est sbm corruptionis. forma vero p accñs. ¶ Et debes scire vt capiť.9.meta.cõ.2. q̃ mã per se patiť corruptiue idest est subiectũ per se corruptiõis. forma aũt p accñs rõne materie: dictũ ergo Auer. intelligi dȝ de actione ꝛ passione corruptiuis. q̃m de actõe ꝛ passione pfectiuis ꝛ equocis satis pole est idẽ agere in seipȝ: vt pȝ de forma mãli que ꝓut est forma agit: prout est in mã recipit motum: vt pȝ.3.ce.cõ.28.ꝛ.4.celi.cõ.22.ꝛ.8.phy.cõ.40.ꝛ sic pȝ dictuȝ hoc. (Quare diffinitiue.) Iterũ ex hoc cõducit aliud.d. quare diffinitiue posuerũt q̃ oĩa corpora ex duabꝰ naturis.s. ex agẽte ꝛ patiente.s. ex mã ꝛ forma cõponunť. ꝛ statim exponit terminos.d. nuncupatur eniȝ agens forma: ꝛ quiditas: ꝛ substãtia: ꝛ patiẽs appellaťsubiectũs

elementũ: ⁊ mã. dr̃ quidẽ agẽs forma ꝓut est ꝑncipiũ ↄ operationis. dr̃ quiditas prout est ꝑncipiũ intelligẽdi rem. dr̃ sbã seu eẽntia ꝓut est ꝑncipiũ eẽndi. dr̃ quoqꝫ patiẽs subm prout subest accñtib⁹ ⁊ dispõni/bus ⁊ formis. dr̃ elm ꝓut in ipsum resoluit cõpositũ. dr̃ mã prout ma/net in re cõposita. (Et apparuit eis) Nũc ꝓbat illd correlariũ. ⁊ prio ꝓponit illud. d. ⁊ apparuit eis ꝙ corpa sensibilia. i. gñabilia ⁊ corru ptibilia nõ sunt simplicia. ⁊ spālr apparet ad sensuꝫ de illis q̃ minus videnr. vꝫ. de corporib⁹ simplicib⁹. i. elr̃is eẽ cõposita: ⁊ apponit ra/ tionẽ. d. q̃ lib et nãqꝫ corp⁹ simplex actionẽ ⁊ passionẽ hꝫ. ⁊ huic ad/ do istã maiorẽ. ⁊ oẽ hñs actionẽ ⁊ passionẽ est corpus cõpositũ. ergo q̃ libet corpus sensibile est corpus cõpositũ. (Preterea opinãt) Nũc verificat illud q̃ a ꝑncipio accepit. d. ꝑterea sup. apparet ꝙ verũ est id q̃ opinant. s. ꝙ id q̃ de p̃dictis duab⁹ naturis ad sensuꝫ cõprehẽ/ sis ex mã ⁊ forma cõpositis tm̃ ab intellu cõprehẽdit est forma. cuius rõnem dat. d. q: forme sunt intelligibiles semp. ⁊ intellb. i. res intel lecte qñ separant a subiectis earũ ab humano intellu. i. qñ hñt vles per remotionẽ ↄditionũ materie. ¶ Et debes scire ꝙ mã et intelligit: sꝫ nõ p se ꝑmo. cũ nõ intelligit nisi ĩ analogia ad formã: vt declaratuꝫ est in lib. phyñ. id ḡ q̃ per se ⁊ ꝓprie intelligit est forma: qm̃ illa est ꝓprie p se fundamentũ vlitatis. vt. d. Auer. p̃ meta. cõ. 27. ⁊. 17. ⁊ ali bi. (Silr) Nũc vult loqui de accñtib⁹. ⁊ inquit. silr eẽ accñtiũ diuidit in intellectu ad has duas nãs. i. ad materiã ⁊ formã. ponit tñ differẽ tiaꝫ aliquã. d. lꝫ subiectũ verũ ⁊ ꝓpriũ eoꝝ sit corpus cõpositũ ex pre dictis duabus naturis. s. materia ⁊ forma.

Mã nõ intel ligit nisi p analogiam ad formã.

Sed in hoc est locus q̃onis nõ paruus. ait eñ Auer. accñs non hre materiã nisi cõpositã: ⁊ per ↄñs tantũ materiã in qua: ⁊ nõ ex q̃ fit. Hoc ⁊ dictis eius ⁊ rõnib⁹ oppugnare videt. Dictis quidẽ qm̃. 3. de aïa. cõ. 5. ⁊. 14. ait. ꝙ nulla itelligẽtia ꝑ est liberata a mã ꝑter ꝑmã cũ igit q̃ libet accñs sit q̃libet itelligẽtia cõpositum q̃ libet accñs erit in mã: ⁊ nullũ eoꝝ liberatũ a mã. ¶ Pre terea. 12. meta. cõ. 17. ⁊. 25. vult ꝙ forma simplex ⁊ liberata a mã sub/ iectũ nõ possit esse. cũ igit multa accñtia sint subiecta: vt quãtitas ⁊ alia. ergo ⁊c̃. ¶ Preterea. 7 meta. cõ. 35. voluit ꝙ si mathematicalia abstrahãt a mã sensibili: nõ tñ a mã intelligibili. ergo cũ mathemati calia sint accidẽtia opꝫ accidẽtiũ cõcedere aliquã spẽm mãe. ¶ Ra tionibus quoqꝫ: qm̃ oĩs forma educta de potẽtia mãe hꝫ materiaꝫ: ex qua fit. vt manifestũ est per se. 8. meta. cõ. 15. Sed accñtia sunt forme que educunt de potẽtia materie cũ nõ ex nihilo creent: vt cõstat: ergo accidẽtia materiã hñt ex q̃ fiũt. ¶ Preterea. oẽ gñabile ⁊ corruptibi le dꝫ esse cõpositũ ex mã ⁊ forma. vt Auer. pluribus cõmen. octaui. s. 79. 78. ⁊. 83. ⁊. 12. meta. cõ. 10. ⁊ primo celi. cõ. 20. ⁊ alibi demonstrat. accidẽtia maxime sensibilia, sunt gñabilia ⁊ corruptibilia. ergo sunt cõposita ex materia ⁊ forma. hoc ergo q̃ hic. d. Auer. ⁊ dictis ⁊ rõni/ bus opponere videt: quare ⁊c̃. ¶ Oppugnat etiaꝫ eis que. d. Aristo. 9. meta. vbi voluit ꝙ oĩs forma simplex est tantũ actus ⁊ nõ potẽtia. cũ igit accidẽs est forma simplex erit tantũ actus. ¶ In oppositũ est q̃ Arist. dicit. 8. meta. vbi ait. nec quecñqꝫ itaqꝫ natura quidẽ: non substãtia eo nõ est his mã. Sed q̃ subijcit substãtia. puta que causa eclypsis que mã: non eñ est: sꝫ luna que patit: Ubi Auer. cõmen. 12.

Scḋa q̃o.

illius ptis ingt. ꝛ accidētia que sunt naturalr in istis corpibus q̄ nō
hn̄t mām q̄ sit in potētia nō indigēt mā tali: sꝫ indigēt mā q̄ sit sbm
tm̄. s. in actu: vt cā eclipsis mālis. eclipsis. n. nō indiget vt fiat mā in
potētia: sꝫ luna est cā mālis. vide ecce quō snia Auer. hec est senten/
tia Ari. ꝛ quō sermones sui reperiunť inuicē cōcordes. ¶ Circa istam
Pō Joan, qōnē Joh. Jand. in qōnib⁹ suis. 5. meta. maxime. q. 15. opinatus est
vlr in sbtis ꝛ accn̄tib⁹ realē cōpositionē ex nā gn̄is ꝛ nā drie realr ꝛ
fm rem distinctis: quoꝝ vna est nā potētie passiue: ꝛ altera nā actus
v. g. albedo cōponiť ex nā coloris tāq̄ ex potētia receptiua: ꝛ natu
ra drie q̄ est disgregatio visus. dico naturas diuersas fm rem. Hoc
aūt nō verificat nisi in specieb⁹ gn̄is vniuoci qđ dicit pp itelligētias ꝛ
corpa celestia: q̄ apud ipm. scđo ꝛ prio celi nō cōponiť ex nā gn̄is ꝛ
drie: qꝛ nō sunt eiusdem gn̄is vniuoci: vt dicit Auer. scđo celi. cō. 49.
¶ Ex his sequiť q̄ qlibet forma p̄dicamētalis fm opionē hui⁹ hoīs
est cōposita ex duab⁹ ptibus realr distinctis: quaꝝ vna est tanq̄ mā:
ꝛ altera tāq̄ forma: vel vna tanq̄ potētia ꝛ altera velut actus. Pro
hac opinione pn̄t induci rōnes eius; que qꝛ fere oēs tacte sunt: ideo
breuitati adherēs sub silētio trāseo. vide tn̄ illas loco p̄dicto. ¶ Sꝫ
hec opio vt vides/ ꝛ cōtra Ari. ꝛ cōtra Auer. esse videtur: vt p dicta
Impugna/ horum colligere satis potes. Et etiā rōnib⁹ oppugnare videť multū.
tio. ¶ Prio: qm̄ tunc accn̄s pure sumptū posset p se gnāri ꝛ corrūpi. ɔtra
Arist. 5. phyſi. ꝛ prio de genera. ꝛ ɔn̄a satis pꝫ: qm̄ hꝫ p se receptiuū
aliud a subiecto ꝛ p se formā aliā a forma subiecti: ergo sibi rn̄det ꝓ/
prius termin⁹ a quo: ꝛ ꝓprius termin⁹ ad quē: ꝛ ꝓpriū subiectū. ꝛ per
ɔn̄s omnia necessaria ad verā ꝛ simplr gnātionē. ¶ Scđo arguiť sic.
illud qđ est totale ꝛ imediatū pricipiū agēdi nō pōt esse cōpositū ex
duab⁹ partib⁹ quarū vna sit potētia ꝛ altera act⁹: qm̄ tūc non primo
ageret: sꝫ per ptē q̄ esset in eo vt act⁹: sꝫ declaratū est in lib. de sensu
q̄ accn̄s est principiū imediatū agēdi ꝛ nō sbaꝛ vt etiā Auer. cōsentit
7. meta. cō. 31. ꝛ. 12. meta. cō. 18. ergo accidēs nō pōt esse cōpositū ex
duab⁹ partib⁹: quaꝝ vna est tanq̄ actus: ꝛ altera tanq̄ potētia. Jd
apud Auer. alr dicēdū: qm̄ eo mō accn̄tia habent māꝫ q̄ mō gnānť:
sed gnānť non simplr vt principalia: sed vt supposita. vt dicit Auer.
non. n. generať albedo: sed album vel albus hō. ꝛ iđ. 12. meta. cō. 26.
maxie vult Auer. exponēdo magrꝫ ei⁹. q̄ pncipia. 10. predicamētoꝝ
sunt eadē omniū fm ꝓportionē: ꝛ nō fm genus vel spēm. forma. n. ꝛ
priuatio ꝛ mā ita vt dicit repiunť in. 9. p̄dicamētis. sicut in substātia
lꝫ sit drīa: qm̄ in substātia repiunť prio ꝛ p se in alijs p̄dicamētis. 9.
cuꝫ attributione ꝛ ꝓportione. forma. n. prio ꝛ p se dr̄ de sba: attribu/
tione ꝛ scđo de accn̄te. silr priuatio prio ꝛ per se dr̄ in sba. scđo ꝛ attri
butione in priuatiōe accn̄tis. silr mā primo ꝛ p se dr̄ de mā sbe. attri/
butione ꝛ scđo de mā accn̄tiū: ergo sicut forma in sba nō generať: sꝫ
cōpositū: ita nec accidēs supradictū in pricipali significato. s. vt al/
bedo generať: sꝫ albū vel hō alb⁹: ꝛ sicut hō hꝫ tria pricipia. ita ꝓpor
tionalr albū tria. s. forma priuatio ꝛ mā. verū sicut gnātio nō dr̄ prio
nisi in sba. ita pncipia prio sunt in sba. Qđ aūt ista sit intētio Ari. pꝫ
7. met. tex. cō. 26. 22. ꝛ. 27. vbi d̄clarauit q̄ n̄ fit forma: vt sphera: neq̄
es: sed enea sphera. ¶ Preterea primo phyſi. tex. cō. 50. inquit. ꝛ est
vna quātitas in oī genere vno. ꝛ per hoc ꝓbat in substātia esse vnā

quātitatē. ⁊ cuiuslibet q̄titatis est vnū subiectuꝫ vt post subdit. ergo cū. 9. genera sint gnā entiū: in quolibet ē vna q̄titas ⁊ vnū subiectū. ¶ Preterea postq̄ cōclusit ibidē numerū pncipiorꝫ: ⁊ illa eē in quolꝫ pdicamēto: statī post tex. cō. 62. dicit. multiplr aūt cum dicat fieri. ⁊ horꝫ qdē nō simplr fieri. sed hoc aliqd fieri. simplr aūt fieri solū substātiarū est. ꝑm quid aliorū manifestū estq̄ necesse est subijci aliquid qd fit. ⁊. n. quātū aut quale: ⁊ ad alterū: ⁊ quando ⁊ vbi fiunt in subiecto aliquo. ecce quō Arist. plane ponit tria principia in accñtibus lꝫ nō primo: sꝫ scd̄ario ⁊ ꝯn̄t ⁊ ꝑm qd: vt pꝫ. ¶ Preterea. 5. physicorꝫ postq̄ diuisit mutationē ingt. ex non subiecto qdem igit̄ in subiectū mutatio ꝑm cōtradictionē gnātio est alia quidē simpliciter simplex. alia vero quedā cuiusdā: vt ex nō albo in albū: gnātio qdē hmōi est. Idē pōt accipe primo perigeneseos plurib⁹ textib⁹. s. cō. 11. cō. 18. cō. 20. ¶ Preterea scd̄o pigeneseos pōit eternorꝫ ⁊ diuꝫ gnābiliū eē eadē pncipia numero. s. tria q̄ expōit Auer. ibidē. cō. 51. vide. cū igit̄. 10. pdicamēta sint gnābilia ⁊ corruptibilia omnium erunt tria principia numero: lꝫ dr̄nt mō dicto. cuꝫ igit̄ ita sit apparet peccatū Ioh. ian. ⁊ veritas Auer. hic. ¶ Ad argumēta ad oppositū. Ad pmū dicēdū q̄ qōlꝫ accñs hꝫ mām: qm̄ si sumitur vt suppositū. i. in cōcreto hꝫ mām tanq̄ ptē eius: non quidē p se: sꝫ p accidens: vt dictū est. Si capit̄ vt principale. adhuc hꝫ mām ex q̄ fit: ⁊ in q̄ inducit̄. ex qua fit qdeꝫ non tanq̄ ex pte: sꝫ tanq̄ a pricipio: ex quo exhitur: ⁊ i q̄ iducit̄ vero: vt i subiecto. mō nulla itelligētia hꝫ māꝫ aliquo istorꝫ modorꝫ. iō accñs quōcūq̄ sumptū est cōpositi⁹ intelligētia. ¶ Ad scd̄aꝫ pōt multiplr dici. p nūc dd̄m accñs esse subꝫ a ccñtis nō vltimū: sꝫ pximū: ⁊ cum hoc hꝫ mām diuersimode: put diuersimode intelligit̄. ¶ Ad tertiā dd̄m q̄ p māꝫ intellectualē forte itelligit substātiā: vel forte aliud: sed quōcūq̄ illud nō obstat nobis: vt manifestū est intelligēti. ¶ Ad rōnes ad oēs insimul appet sol. qm̄ forma accñtalis nō p se generatur: sꝫ si generat̄ cōpositū generat̄. ⁊ id est cōpositū vt dixi. ⁊ habet principia tria numero ppor̄tione eadē cū trib⁹ principijs substātie: vt pꝫ. Etiā pꝫ quō hmōi nō sunt forme simplices. habēt. n. māꝫ: ⁊ in qua: ⁊ ex q̄: nō qdē ex quā fiunt tanq̄ ex aliquo suimet sumant̄ vt supposita ⁊ cōcreta: ⁊ totū hoc visuꝫ est. Uenio ḡ ad pricipiū vnde incepit sermo. (Declaratis igr̄) Cū hec dicta sunt. inducit alia fundamēta. ⁊ inquit. declaratis igit̄ istis pcedūt vlteri⁹ speculari q̄ dictarꝫ duarū nārū alterā p̄cedit. ⁊ inuenerūt q̄ actus p̄cedit potētiā: cui⁹ rōnē dicit: put agens p̄cedit actū. i. effectū. q: vt sic agēs p̄cedit passum vbi recipit̄ effect⁹. Et declatū est loco ei⁹ q̄ act⁹ p̄cedit potētiā tpe: ⁊ nā ⁊ diffōe: q̄ qdē p̄cedit nā. i. pfectōe ⁊ diffōe. i. notitia māifestū ē p se. ¶ Sꝫ an p̄cedit tpe est loc⁹ qōis: qm̄ act⁹ p̄m⁹ vt de⁹ ē p̄or act⁹ q̄ potētia noua: sꝫ nō est p̄or tpe potētia eterna. cū eternū nihil p̄cedat tpe: vt declaratū est disputatiōe prima. ¶ Dd̄m ergo q̄ aliqua ppō est vera p se: q̄ alio mō est falsa p accñs. v. g. q̄cūq̄ motu dato pōt dari velocior. ē eniꝫ vera p se: vt dicit Auer. 6. phy. cō. 15. q̄ tñ est falsa de motu celi ⁊ alijs. sic dico. capiēdo ḡ actū p se. ⁊ potētiā per se: sub rōnib⁹ vlib⁹ ⁊ p̄us ⁊ posteri⁹. Silr hec ē vera p se: act⁹ est p̄or potētia tpe: attñ descēdēdo ad potētiā eternā ⁊ actū nouū vl eternū p accñs falsat̄. v. g. hec est vera. oē aial ingtū aial pōt videre: cū cuilibet ingtū animal cō/

Solo argumētorꝫ pncipalium.

Actus p̄cedit potētiā

Dubitatio.

Solutio.

pretat. attñ talpa aīal nō pōt videre. ⁊ sic ad formā dōm ꝙ actus pce/
dit potentiā tpe p se: lʒ p accñs nō sit ita. hec est solo Auer. formalr.
cō. 57. 8. phyſi. vbi verificās qūo motus gnātiōis pcedit alteratione
tpe. ingt. ſm igit̃ huc modū dixit Ari. ꝙ mot⁹ gnātionis pcedit alios
motus: ⁊ ꝙ motus alteratiōis pcedit gnātionē per accñs. ecōtra aūt
Dubitatio. vult gnātionē pcedere alterationē per se. vide. ¶ Sʒ dices. oē per se
est de omni. si igit̃ hec est p se. actus pcedit potentiā tpe: ergo de om/
Solutio. ni potētia. ¶ Dōm ꝙ illud dʒ intelligi respectu inferioꝝ p se. hec enī
est p se. oīs hō pōt esse music⁹: ⁊ tñ forte hec est falsa. surdus pōt esse
musicus: qm̄ hō surdus nō est suppositū p se hoīs: sʒ per accñs. sic in
pposito. hec potētia est suppositū p se potentie: vt hec: nō tñ vt con/
iuncta eternitati: qm̄ vt sic extrahit a supposito per se: sicut lʒ hic hō
sit p se inferius ad hoiem: nō tñ hō albus. ⁊ iō aliqd cōpetit per se ho/
mini: nō tñ homini albo. cōpetit enim per se rōnale: non tamen ho/
mini albo: cū enti per accñs nihil per se cōpetat: cū nō dicat ratione
in se vnā. 5. meta. (Deinde conati) Nunc accedit ad aliud fundamē/
tum. ⁊ dicit. deinde conati sunt speculari de cāis ⁊ cātis: ⁊ induxit
eos inuestigatio ad cām primā actualē: q ceteras oēs cās entiū sup/
excellit. ¶ Ex hoc cōducit correlariū. ⁊ ingt. quare opʒ ꝙ sit purus
actus: ⁊ nullaten⁹ potentiā retineat: qd̄ probat. d. si enī aliquo mō
potentiā retineret esset necessario cāta quodāmō: ⁊ cā alio mō. ergo nō
esset prima. ꝯña pria declarat: qm̄ oē ens in potētia est duob⁹ mōis. s.
p cōpositionē realē: sicut cōposita gnābilia: vel p cōpōnē imꝑfectōis
eo mō quo quelʒ intelligētia excepta prima est cōposita: vt dicebaʒ.
mō cōpositū primo mō gnātur gnātione phica. cōpositū prio mō er/
go hʒ agēs. Iterū cōpositū scdo mō est cātū: eo qz ab altero depēdet.
rōne cui⁹ depēdētie quādā imꝑfectionē hʒ. vñ dr̃. cōpositū ergo iterū
hʒ cām: g̃ si pria cā hr̃et potētiā nō erit prima: qm̄ siue prio mō: siue
scdo mō hʒ potētiā semꝑ habebit cām priorē: g̃ nō erit pria. (Et qz.)
Cōducit ⁊ aliud. d. ⁊ qz qd̄libet purū ⁊ nudū a potētia apud phos est
necio intellect⁹: g̃ opʒ ꝙ prima cā sit itellect⁹ cū sup. sit purū ⁊ nudū
a potētia: vt dicebat̃. ⁊ sylls cōponit̃ sic. oē purū ⁊ nudū ab ipsa po
tētia est intellect⁹. pria cā est pura ⁊ nuda a potētia: g̃ pria cā est ītel/
lect⁹. ingt. mō hec est summatiʒ opio phoꝝ. ⁊ addit ꝙ q vult d̄ istis
clari⁹ informari cōcurrat ad abūdātiā libroꝝ peripatheticoꝝ. (Pre/
libatis ergo) Adhuc cōducit aliud theorema ⁊ dicit. prelibatis ergo
his que mouerūt phos ad opinādū ꝙ principiū mūdi. s. prima cā sit
simplex ⁊ purus intellect⁹: coacti fuerūt dicti sapiētes inuestigare de
ordine mūdi: ⁊ dixerūt sup. ꝙ ordo hui⁹ mūdi pcedit ex pte ipsi⁹ prīe
cāe a scia: cū illa scia sit pricipiū mūdi: ⁊ dat sibi. i. mūdo esse. ⁊ dico
sup. ꝙ illa scia est ordo itelligibilis: ad cui⁹ instar fact⁹ est ordo mūdi
sensibilis. ⁊ dicit. ⁊ hoc sine dubio talr̃. i. hoc mō est difficilis cōprehē
sionis: ꝓp qd̄ nō est mirū si nō ingredit̃ cor vulgariū cuʒ ⁊ subtiles. i.
solertes viri vix pñt illud rarissimū. i. tenuissimuʒ lumen ꝓspicere. ⁊
q̄to minus vulgares. (Amplius omnia) Nunc finalr̃ cōcludit causaʒ
erroris eius. d. amplius omnia verba huius hominis relicta: in qui/
bus reprehendit phos de predicta opinione nō sunt nisi ambages:
ad cōplacendū vulgis ⁊ rudib⁹ hoibus fingētibus legem seruare. Et
tunc statim soluit ad argumētū scdʒ. d. ergo quādo ipse dixit qualis

est gloria entis simplicis sine qditate: et absq scia eius qd ab eo pce/
dit etc. istud fuit scdm argumentu. Cui rndet. d. dicim qp sunt verba
erronea et absurda. cuius rone ait. si eni phi posuerut qditate ei esse
nuda a sbto. i. a ma. ergo est necessario denudata a denoiatoib. i. ab
accidetib. cuius rone dicit. no enim pot esse sbm denoiationu nisi es/
sentia eius fuerit coposita ex natura potetie et natura actus. conclu/
dit ergo ppositu. d. ergo prima ca est quiditas absoluta. et oia alia a
pdicta qditate hnt qditate. i. coposita sunt ex qditate et hnte qdita/
tem. ¶ Tunc hoc habito ostedit quo intelligit. d. et dicta prima ca est
ens sciens oia entia absolute. cuius ronem apponit. d. entia namq esse
hnt sup. in ea. et sunt intelligibilia put ipse seipm scit. i. eodem mo quo
ipse itelligit se: qm deus intelligedo se: et esse eius itelligit alia: et esse
alio cu esse ei prio sit ei. scdario alio: vt dixi sepe. et tuc cocludit. d.
postq igit vltima ca est: igit entia habet ee in ea: et sunt itelligibiles
res ab eo: et ab ipsius scia sup. cata. ergo est ca dupli. s. esse pdictoru:
et qp illa sint itelligibilia: g ca essendi et intelligedi illa. ¶ Ad pbatio/
nem ronis ingt. et phi negat qp scia dei in entib sit simul scie humane
in esse. cuius rone dicit. scia. n. humana causat ab entib: ergo scien
tia dei in entibus opponit humane scie: put est ca entiu: vt dictum est
sepe. (Rursus id) Nunc accedit ad soluendu aliud. et primo recapitu
lat viin argumeti. Et sermo eius est manifestus p se. (Dicimus nos.)
Soluit argumentu et prio ait. dicim nos qp in istis verbis ostedit: aut
sua fatuitate: aut prauitate: qd declarat. d. declaratu est enim qp qda
denoiatoes sunt digniores denoiari a substatialitate. i. digni dicunt
sba qp accns. qn sup. sba denoiata est p se exns et in actu. i. pur actus:
imo in hoc casu denoiatioes tm exntiam habent in seipsis. vnde mo/
dus essendi huius denoiationis totu cotrariu se hz ad modu accide
tium: lz de qbusda denoiationibus videt qp indiget subiecto. v. g. in
rebus pmutabilibus. i. generabilib et corruptibilib. et dat ronem. d.
radix namq accidetiu est qp ab alijs habeat sustetatione et quiditate.
natura enim accntis est inesse. sustetant aut p se. i. sunt aut substantie
nisi id qd interdu accidit reb generabilib et corruptibilib accidat:
quaru qditates indigeat subiecto. i. ma accntis: ergo accns substan/
tie coposite est alteri inheres: sz sbe simplici est substaria: et tunc ait. et
ideo hec denoiatio valde differt et distat a na accidetiu cu sit equoce
dicta: ergo g sciam dei spernit: qz assimilat naturis accidetium sume
excecat est: aut prauiter hoies intedit deuiare a via veritatis. ¶ Sz Dubitatio.
dices qd vere est nulli accidit. et ecotra qd alicui accidit nulli est sba:
sz scire est accns hoius no pot esse sba in deo. ¶ Dom qp scire dum est Solutio.
hoi accns. illud ide numero vel spe vel gne nulli est sba: attn illud/
tnet equoce vel analogice pot esse in deo sba: qm scia non dr vniuoce
de scia nostra et ipsi dei: vt bn dicit Auer. imo nostra causat a reb:
ideo est accns. illa est ca reru: et io est sba. ¶ Sz dices. salte hz modu Replica.
accidetis. ¶ Dom qp accns scdo hz. est. n. no de intellectu eius: cuius Solutio.
ponit. et est aduenticiu et supaddens aliqui pfectione illi. primu habet
prout no est pdicatu essentiale et qditatiuu. scdm hz put subiectum
est impfectu et limitati gnis. sba. n. cu sit limitati gnis. i. non continet
accidentis perfectione totalr scdm oem modu: vt sic accidens adue/
nit ei. dico ergo qp accides. s. scia put est accides in deo habz primu

modũ: qm̃ nõ est de formali intellectu eẽntie ꝛ quiditatis primi: cum non sit pdicatũ primi modi de deo: vt etiã cõcedit Auer. 12. meta. cõ. 39. vide ibidẽ. Ut vero scdo mõ cõsideratur: sic transit in essentiã dei: cũ essentia illa sit velut pelagus oẽm perfectionẽ cõtinẽs: vt pfectio est: iõ ibi accñs nõ hʒ rõnẽ aduẽticij. ꝛ sic ptʒ qualr aliquo mõ hʒ modũ accñtis: ꝛ alio mõ nõ. Et sic ꝯsumata est expõ sexte disputatiõis.

¶ Septima disputatio Algazelis cum philosophis: in qua intendit reprobare id qđ dicunt. s. ꝙ deus nõ cõicat cuʒ alio in genere: neq̃ differt ab eo in differentia.

¶ DVBIVM PRIMVM



Ait Algazel. manifestũ est ꝙ phi cõueniũt in hoc: ꝛ sup hoc fundant se dicẽtes ꝙ postq̃ ipse deus nõ cõicat cuʒ aliquo in gñe: neq̃ differt ab eo in dfia: ergo nullã hʒ diffinitionẽ. Diffõ nãq̃ ex his cõstituit. id ergo qđ aliquo mõ negt diffiniri est dict⁹ deus. Et si forte aliqs arguat eis dicẽs: ꝙ prima cã cõicat cũ primo cãto inq̃ʒtuʒ est ens ꝛ substãtia ꝛ alteri⁹ cã: ꝛ differt ab eo in aliquo sine dubio. Ipsi rñdẽt ꝙ hec cõicatio non est in genere: imo est in quodã ꝯñti vli: ꝛ maxima differẽtia est inter genus ꝛ ꝯñs: lʒ iuxta vlitatẽ nõ differãt: vt in logicalib⁹ patefit. Opinati eniʒ sunt phi ꝙ entitas est quid relatũ ad qditatẽ modo cuiusdam ꝯñtis inseparabilis: aut separabilis. ergo illa que in entitate sui in esse cõicãt, in genere nõ cõicãt. Simlr dici potest de cõicatiõe causali. Causa. n. qd relatiuũ est ꝛ ꝯñs qđ nõ ingredit qditatẽ. Et ideo si sunt due res que in causalitate cõicarent: in genere aũt non cõicarent. ꝛ sic simlr dici potest de substantia. esse eniʒ qđdam ens per se substantia intelligit qđ habet esse nõ in subiecto ꝛ non est genus: ergo due res in nomine substantie cõicantes nõ cõicant in genere: imo in quodã ꝯñte inseparabili. Patet ergo ex pmissis ꝙ ipse deus diffiniri nequit.

¶ Hec est septima disputatio. et videt mihi q problema istud hic in/
ducitur per se: adeo q nullam cõtinuationez hz ad precedentes nisi
in materia. qm ois disputationes dicte de deo loquuntur: et cum ista
de deo loquatur intm hec illis cõtinuatur inquãtuz circa idem sub/
iectum vel materiaz eandez dirigit. cõtinuatio aut penes formaz nõ
appet: sed qz problema istud est vtile propter se: ideo et si cõtinuatõe ca/
reat ipsuz exponaz ptinuatuz ad pcedẽtia. Primo ergo inducit vt so
let verba Alga. deinde dicta abscindẽda abscindit. et cõseruanda cõ
seruat. inqt ergo. Ait Alg. manifestũ est q phi cõueniũt in hoc: et sup
hoc qd dicã fundant se dicentes q postq ipse deus nõ cõicat cuz ali
quo in genere neqz differt ab eo. i. ab aliquo in dria. ergo nullã hz dif
finitõez. et dat rõnez. d. diffõ nãqz ex his pstituit. cõponit ergo rõ hoc
modo. oẽ difficile cõicat cuz aliquo in gñe. et differt ab aliquo in diffe/
rẽtia. sed de9 nõ cõicat cũ aliquo in gñe: neqz differt ab aliquo in dif
ferẽtia. tũc apponit cõclusionẽ. d. g id qd negt diffiniri aliquo mõ est
de9 dict9. (Et si forte) Nũc inducit obiecta cõtra hoc. et ingt. et si forte
aliqs arguit eis. d. q prima cã cõicat cũ primo cãto inquãtuz est ens:
et inquãtũ est sbã: et inquãtũ ambo sunt cã alteri9. puta gnãbiliũ et cor
ruptibiliũ. hec. n. est vera. pma cã est ens sicut ista pmũ cãtũ. s. intelli
gẽtia pma est ens. itez hec est et vera. pma cã est sba. sicut hec. primũ
cãtũ ẽ sba. Et hec. pma cã est cã alicui9. et pmũ cãtũ est cã alicui9. qz
tertij cãti vel qrti. vt pz. ergo ens sba et cã sunt vlia illis. vel igit gen9
vel differẽtia: vel pprĩũ vel accidens vel spẽs. et dici nõ pñt spẽs nec
aliqd alioz nisi genus relinquit q quodlz eoz genus est illoz. et hoc
volunt cõtra phos. Silr addit. et differt ab eo in aliquo sine dubio: qd
pro tãto dicit. qm si appet pueniẽtia manifesta est differẽtia ergo hñt
gen9 et differẽtiã. ergo prim9 motoz est diffinibilis. (Ipsi rñdẽt) Indu
cit sol. phoz. vbi debes scire q differẽtia est inter gen9 et psequẽs: qm
genus pdicat per se pmo de eo cuius ponit gen9: vt aial de hoie et equo:
sed pñs. i. accñs ẽentiale pdicat p se scdo mõ de eo cui9 est. vt risibile
de hoie. dñt ergo q illa diuisio verificat pro proprio: qm ens cã et sba
nõ sunt genus neqz spẽs neqz dria neqz accidẽs. sed pueniẽs. i. accñs
pprĩũ et essentiale. et hoc pmo dicit. scdo pbat. ibi scda. (Opinati. n.)
Inquit ergo. ipsi rñdẽt q hec cõicatio nõ est in gñe: imo est in quodã
psequenti vlit: et inquit. et maxima dria est inter pñs et genus: qm pro/
prium et genus sunt due spẽs vlis distincte. lz iuxta vniuersalitatẽ nõ
differãt: vt in logicalib9 dictuz est: qm vle dicit de quinqz vlibus: ve/
lut genus de suis speciebus. ergo proprĩũ et genus nõ differũt in rõne
vlis cum in illa cõicent. ¶ Ad formã ergo dicẽduz q neqz sunt gen9
neqz spẽs neqz ponit dria: neqz accñs: sed qntũ vle qd est pprĩuz seu
pñs: qd idez est. (Opinati. n.) Nunc pbat solu. et tria facit put de illis
tribus approbat solu. inquit eniz pro qm phi: vt Auicẽ. opinati sunt
q entitas est quid relatuz ad quiditatẽ modo cuiusdã psequẽtis inse
parabilis aut separabilis. ¶ Et debes scire vt supius disputaui q Aui.
opinat q esse distinguit fm rem ab essentia. imo sit accidẽs ei: siue se
parabile siue inseparabile pronũc nõ curo: qd accidẽs nõ est forma/
liter et intrinsecũ quiditati et essentie: sed tantũ aduenies ei: et ideo in/
quit hic Alga. q philosophi opinati sunt q entitas est quid relatum
ad quiditatẽ. i. essentiã. i. quoddã aduenies essentie modo cuiusdam

Esse distin/guit fm rez ab essentia fm Auicẽ.

cõsequẽtis separabilis vel inseparabilis.i.aduenięs per modũ acci/dentis separabilis vel inseparabilis.ergo illa que in entitate sui in eẽ cõicant in genere nõ cõicant:sed in accidẽte ꝓprio vel separabili vt vides.(Simil'r dici.) Nunc approbat solo.quãtũ ad scđz di.sil'r di/ci põt de cõicatiõe causali.vult dicere ꝙ cã nõ est genus:sed ꝯñs vl'e vtriqꝫ cõe.cuius rõnez dicit.cã enĩ quid relatũ est.⁊ ꝯñs.i.accidẽs attributũ qđ nõ ingredit' quiditatẽ.i.essentiã in ꝑmo mõ dicendi per se.pp qđ inquit.⁊ iđeo si sunt due res que in causalitate cõicarẽt.aũt pro sed.nõ pp hoc in genere cõicarẽt:cum cã nõ sit genus: sed accñs propriũ.(Et sic simil'r.) Nunc approbat solu.quãtũ ad tertiũ.⁊ ait ⁊ sic simil'r dici põt de sƀa.vult dicere ꝙ non sit aliqđ quinqꝫ: sed tm̃ accidẽs propriũ:qđ declarat.di.esse enĩ quoddã ens p se sƀa intelli/gitur:qꝛ hꝫ esse nõ in subiecto.mõ habere eẽ nõ in sƀto ⁊ eẽ ens per se nõ est genus.ergo due res cõicãtes in nõie sƀe nõ cõicant in gñe.imo in quodã ꝯñte insepabili.⁊ tũc ꝯcludit ꝓpositũ.d.pꝫ ergo ex p̃missis ꝙ ipse deus definiri negt:⁊ hęc est opinio phoꝝ.

AVERROIS



Icimus nos ꝙ hec sunt verba Algazelis noie phoꝝ narrata: sed q̃dam sunt vera: ⁊ quedã erronea.Id enĩ qđ dicit.vꝫ.ꝙ de⁹ negt cõicare cũ aliquo in gñe:⁊ in dĩa dif/ferre.si intẽdũt de genere illud qđ dr̃ vniuoce:dicim⁹ꝙ est verũ.simil'r de differẽtia:quodlꝫ nãqꝫ qđ sic se hꝫ cõ/positũ est ex vl'i forma ⁊ pticulari:⁊ tale diffinit' certissi/me.Sed si intẽdit de genere gen⁹ dictũ analogice:tunc hꝫ genus vt ens:aut res:aut sƀa: ergo hoc mõ põt dif/finiri:⁊ multotiẽs tales diffõnes fiunt in artib⁹ specula/tiuis vt in diffõne aĩe dr̃.Que est pfectio corpis nãlis or/ganici.Uerũtñ tales denoĩatiões nõ hꝫ veritatẽ sufficiũt ad cognitionẽ veritatis:sꝫ dirigũt valde ad cognitionez reꝝ ignotaꝝ:eo ꝙ prior est eis. Sꝫ id qđ narrauit noie phoꝝ.vꝫ.ꝙ istđ nomẽ ens significat ꝯsequẽs vl'e in rerũ sƀtis.Dicimus ꝙ sunt verba erronea vt declarauim⁹ in pluribus locis.imo qđ plus est hec opĩo tm̃ ab Auic. repit':nõ ãt ab alio phoꝝ.Ampli⁹ id qđ dixit de descri/ptiõe sƀe nihil est:qꝛ esse est gen⁹ sƀe:⁊ sumit' in sua dif/finitõe illo mõ quo reꝝ gñа sumunt' i ipsaꝝ diffõnib⁹.vt hꝫ ab Alpharabio in suo libro de demr̃atiõe.Sꝫ Aui.in hoc errauit ꝓut opinat⁹ erat ꝙ hoc nomẽ.s.ens in arabi/ca lingua in eo qđ est verũ significat de accidẽti sine du/

bio ſm veritatē cū hoc ſit vl'e. nō eſt igit̃ de eo vlterius mirandū. Et ideo redeamus ad ꝓpoſitū.

¶ Nunc Auer. rn̄det & ꝓponit intētum. d. dicim⁹, nos ꝙ h̄ ſunt verba Alga. noīe phōꝝ narrata: ſed quedā ſunt vera. & quedā erronea. (Id eniꝫ qḋ dicit.) Propoſito intēto oſtēdit illud. d. id. n. qḋ dicit. ſ. ꝙ de⁹ negt cōicare cū aliquo in gn̄e: & in dr̄ia differre. ſi intelligunt de gn̄e id qḋ dr̄ vniuoce: dicim⁹ ꝙ eſt veꝝ. & ſilr̄ ſi intelligūt de dr̄ia vniuoca. cuius rōnem apponit. d. quodlꝫ nāq̧ qḋ ſic ſe hꝫ cōpoſitū eſt ex vli forma & particulari. & tale diffinit̃ certiſſime. pōt igit̃ rō ſic cōponi. oē cōpoſitū ex forma vli: & forma particulari pōt definiri: ſed oē exiſtēs in genere vniuoco: & differēs differētia vniuoca eſt ꝯpoſitū ex forma vli & forma particulari. ergo oē exiſtēs in genere vniuoco &c̄. eſt diffinibile. (Sed ſi). oſtēdit quō eſt veruꝫ aliquo mō. d. ſed ſi intendit de genere genus dictū analogice: tunc hꝫ gen⁹ vt ens: aut res: aut ſb̄a. & tunc cōcludit. ergo hoc modo. i. analogice pōt definiri. & multotiēs tales diffinitiōes ſunt in artibus ſpeculatiuis: vt dicit̃ in diffinitiōe anime que eſt perfectio corporis phyſici organici. Ponit tn̄ differentiam inter hmōi diffinitiōes. d. verūtn̄ tales diffōnes ſeu denoīatiōnes. i. deſcriptiōes ſm veritatē nō ſufficiūt ad cognitionē veritatis: ſed dirigunt valde ad cognitionē rerum ignotaruꝫ: eo ꝙ proprior. i. propinquior eſt eis. & ſic ptꝫ differētia inter diffinitionē analogicā & vniuocā: eo ꝙ vniuoca totam eēntiam rei declarat: & perfecte. analogica nō: vt ptꝫ. (Sed id quod.) Nunc oſtēdit aliud in quo peccat. d. ſed id qḋ narrat noīe philoſophoꝝ. vꝫ. ꝙ iſtud nomē ens ſignificat cōſequēs vl'e in ſubiectis reruꝫ. i. accidēs eſſentie. dicimus ꝙ ſunt verba erronea vt declarauim⁹ in pluribus locis. imo qḋ plus eſt hec opinio tantū ab Auicē. reperitur. nō autē ab alio philoſopho. ergo ſup. nō dꝫ induci nomine peripatheticoꝝ. (Amplius.) Nunc tranſit ad reprobādum aliud. d. Amplius id qḋ dixit de deſcriptiōe ſubſtātie nihil eſt: qḋ declarat. d. qr̄ eſſe eſt genus ſubſtātie ſup. analoguꝫ: & ſumitur in ſua diffinitiōe illo modo quo rerum genera analoga ſumūtur in ipſarum diffinitionib⁹: vt habet̃ ab Alpharabio in ſuo libro de demonſtratione. ergo eē non eſt accidēs ſubſtātie: & per cōſequēs illa fuit ſatis bona diffinitio. Adducit tn̄ opinionē Auicē. d. ſed Auicē. in hoc errauit prout opinat⁹ eſt ꝙ hoc nomē. ſ. ens in arabica lingua in eo ꝙ eſt verum. i. prout conuertit̃ cum vero: ſignificat accidēs ſine dubio ſm veritateꝫ. ſ. tunc cum hoc ſit vniuerſale. Cōcludit igitur nō eſt de eo vlterius mirādum ſup. cum ipſe ſolus id dicat. & ideo redeam⁹ ad propoſitū dimittētes ipſum tanꝗ nō dignum reprobari a nobis.

¶ Quomodo quideꝫ differat eſſe ab eſſentia: ſuperius determinatum eſt: quomō autē omne compoſitū ex genere & differētia vniuocis cōpoſitū ſit ex forma vli & particulari: lꝫ ſit dictuꝫ a me in lib. de ſubſtātia orbis. & in expoſitiōe mea. 12. metaphy. attamē poſterius in dubijs & ſolutionib⁹ ſequētibus dicam. ¶ Pro nunc aūt volo declarare quid ſit genus vniuocuꝫ: & quid genus analogū. vbi debes ſcire vt dicit Auer. 2. celi cōmē. 49. ꝙ ſicut ſpēs eſt duplex vniuoca & equiuoca. ita genus eſt duplex. vniuocū & equiuocuꝫ. genus vniuocū eſt nomen p̄dicās de plurib⁹ ordine quodā notāter ſuppoſitū ab vna forma

Quid gen⁹ vniuocuꝫ & analogū.

seu nã: sed vna rõne mentali omnib⁹ illis cõe. ꝛ hoc inquit Aristo. 7. phyſi. cum dicit. sunt quedã equiuocationũ: alie quidẽ multũ distãtes. vt grã exẽpli. canis celeſtis ꝛ canis marin⁹: ꝛ canis latrans que adeo distãt ꝙ ſolum in noĩe sunt cõueniẽtia. Alie vero habẽtes quandam ſimilitudinẽ: vt ſbã ꝛ accidẽs que habẽt nomẽ cõe: ꝛ ordinem eſſentialeʒ dependẽtie vnius ad alterũ. Alie vero proxime aut genere aut ſimilitudine. V. g. vt homo ꝛ leo que habẽt nomẽ vnũ ꝛ rõnem ſeu cõceptuʒ vnum a quo ſumit illud nomẽ. ꝛ habẽt habitudinẽ pfectionis ꝛ imperfectiõis inuicẽ: eo qꝛ homo perfectior eſt leone. Ex hoc ſequit quid eſt genus vniuocũ. quid equiuocũ. eſt eniʒ genus vniuocum nomẽ cõueniẽs plurib⁹ ſm vnam rõnem formaleʒ cui nulla forma correſpõdet in reordinatis ſm perfectionẽ ꝛ imperfectionẽ. genus analoguʒ ſeu equiuocũ eſt nomẽ cõe plurib⁹ ordinatis ſm cãm ꝛ cauſatum eſſentialr: cuius nec forma nec rõ illis eſt cõis: vt ptʒ in equiuocis ſcdo modo dictis. Qd aũt genus ſit hoc modo vt dixi lucidus vir Themiſti⁹ in primo de aĩa. cap. 4. pulchre explanauit. ꝛ tu vide verba eius. qꝛ multuʒ loquit.

Dubitatio. ¶ Sed dices. Auer. 12. metaphy. cõ. 14. ponit differẽtiaʒ inter vnitatẽ materie ꝛ generis: ꝛ vult ꝙ vnitas generis ſumit ab vnitate forme: vnitas materie ab vnitate priuationis. ¶ Preterea dicit Auer. primo metaphy. cõ. 27. circa fineʒ. ꝙ intẽtiones vles quas intus cõprehẽdit ſunt forme. ergo generi corñdet aliqua forma. Idem ibideʒ cõ. 18. inquit. genus eſt aliud a materia. genus enim eſt forma vlis ꝛc. ecce quo mõ opponit dictis. Item ponit 5. metaphy. cõ. 3. in fine vide. ꝛ iam dixit hĩ diffinitionẽ cõponi ex forma vniuerſali ꝛ particulari. ideo dictuʒ iſtud vr̃ remotum ab intentione Auer. ꝓpter hec

Joã. iand. Joã. iandonus generi dixit correſpõdere vnaʒ formam diuerſam a formis ſpecificis: ſed de hoc ego locutus ſum in queſtionib⁹ meis de anima: ꝛ in libro de ſubſtãtia orbis: ꝛ in expoſitione. 12. metaphy. vbi cõtradixi Joãni in parte. ꝛ qꝛ de hoc faciam queſtionem forte in fine hui⁹ diſputationis. vel vbi melius locus occurret: non amplius immorari volo. ſat ſit mihi aperuiſſe locumqꝫ monſtraſſe pro nunc.

ALGA. DVB. II.



At Algazel ad hoc qd nomine phorũ diximus. Dicimus ꝙ petẽdum eſt ab eis qualiter ſcitis ꝙ hoc ſit impoſſe in ipſo deo glorioſo. Ita ꝙ poſſitis dicere ꝙ deũ nõ decet vt cõicet cuʒ aliqua re in aliquo: ꝛ differat ab ea in alio. Hoc tñ a nobis probatũ poſſetis dicere ꝙ ſeqret ex hoc deuʒ eſſe cõpoſituʒ. Illud nãqꝫ qꝛ duo talia habet. ſ. ꝙ cõicat cũ aliquo ꝛ ꝙ differat ab eo eſt cõpoſituʒ.

¶ Nunc Alga. vult inducere deductioneʒ apud illos phos qualiter deum eſſe cõpoſitũ eſt impoſſibile. ꝛ inquit. Ait Alga. ad hoc. i. illud qd nomine phoꝝ diximus. ſ. ego Auer. narraui. ꝛ ſic dicim⁹ ꝙ petendum eſt ab eis qualiter ſcitis ꝙ hoc ſit impoſſibile in ipſo deo glorio/

so.s.ipsum esse in genere: qd exponit.d.ita q possitis dicere q deum non decet vt côicet cum aliqua re in aliquo: et differat ab ea in alio. hoc ergo petit cur.s.istud sit impossibile. (Hoc tñ probatū.) Cui respondet modo noie phorū dicens possetis tñ dicere hoc eē probatū a nobis hoc modo.s.q: sequit ex hoc deum eē compositū. Cuius rõnem ponit.d.illud nanq3 qd duo talia hz.s.q côicat cū aliquo et q differt ab eo est compositū. huic maiori addat minor:sed p te deus cõmunicat cū aliquo in genere et differt ab eo in differētia. ergo deus est composit⁹ ad minus compositione aliqua que deo omnino repugnat et est incõpossibilis.

AVERROIS.



Nos dicimus q hoc sequit cõicatione necessario rõne generis vniuoce predicātis. Non aūt analogice vt supius dictū fuit. Quia non opz amplius iterare neq3 replicare.

¶ Auer. limitat dictum eius.d.dicimus nos q hoc.i.deum esse compositū: sequit cõicationē necessario rõne generis vniuoce predicātis. nõ autē analogice et vt superius dictū fuit: quare nõ opz amplius iterare nec replicare. Unde bene valet hoc. côicat cum aliquo in genere vniuoco: et differt ab eo differētia vniuoca. ergo est cõpositū: sed non valet de genere et differētia analogice dictis: vt dixi. Ad propositum modo deus et entia mundi côicant in genere et dña equiuoce dictis, et ideo nõ sequit deum esse compositum.

ALCA. DVB. III



Jt Alga. dicēs philosophis qualis est apud vos demonstratio ad remouenduz cõpõnez ab ipso deo: nisi id qd asseritis de remotiõe cõnotationū a deo. Qdlibet eiz cõpositū ex genere et differētia ex ptibus illis cõstituit. si eniz nulla partiū vel aggregatū ipsarū haberet sine altera esse. igitur vl' primū esset necesse esse: aut nõ. si nõ: ergo totū est cãtū et indigeret causa: et nos iam tractauimus de denotationibus, et ostēdimus q hoc nõ est ipossibile pcedere pcessu ad infinituz: et demõstratio nõ significat nisi q pcessus ad infinitū est falsus. Sz ad id qd insudauerunt deponere.s.q nulla sit in deo pluralitas: et est q: in suo esse nõ indiget alio. Dicim⁹ q nullã hñt auctoritatē manifestã. ergo nullã hñt demrationē ad asserēduz necesse esse. Id vero qd pbauerūt clare est q cāe nõ pcedunt ad infinitū: et de istis nos in pcedētibus satis late

disputauim⁹. Un̄ dicim⁹ ꝙ in hoc ꝓposito clari⁹ pātefit: diuisio nāq; rei ad genus ꝛ differentiā nō est similis diuisioni rei ad denoīationē ꝛ denoīatū: qꝛ denominatio ꝛ substātia differunt abinuicē ꝛ spēs nō differt a genere oīmode: qn̄ enī facimus mentionē dē specie nos includimus genus: vt qn̄ dicimus hoiem: nos facimus mentionē de aīali cū additiōe rōnis. Unde pꝫ ex hoc ꝙ magis distat a pluralitate q̄ꝫ denoīatio ꝛ denoīatum. Rursus qualiter est īpossibile finire ꝓcessus causatoꝝ ad duas causas in vno gradu. prima quarū sit causa ordiū: ꝛ altera elemētoꝝ: vel vna earū sit intelligibiliū reꝝ causataꝝ: ꝛ altera sensibiliū. s. oīum corporū: ꝛ ille due cause differūt inter se realiter: sic̄ rubedo ꝛ caliditas que in vno ꝛ eodē sb̄o repertunt̄: ꝛ differūt abiuicē realr̄: ꝛ nō oportet attribuere rubedini cōpōnē generalē seu differētialē. Un̄ pꝫ ex hoc etiā ꝙ pħi deficiūt in oñsiōe ꝙ ꝓuenire duos deos est impossibile.

¶ Nunc Alga. ꝓponit loqui de cōpositiōe deitꝛ pmo ꝓponit hoc. d. Ait Alga. dicens pħis qualis est apud nos demōstratio ad remouendum cōpositionē ab ipso deo. est ergo interrogatio qua pn̄t via pħi auferre a deo cōpositionē. (Nisi id qd̄.) Ponit viam vel opinionē pro pħis. d. nisi id qd̄ asseritis de remotiōe denominationū a deo: quasi dicat. ꝙ via pħorū nō est valida: nisi tantū qn̄ probāt in deo nō esse cōpositionē ex sb̄a denoīationib⁹. i. accidētibus attributis: ꝛ sic argumētū illud de genere ꝛ differētia nō valet. (Quodlibet enī cōpositum.) Attamē lꝫ ita sit. adducit viam de cōpositione ex gn̄e ꝛ differentia: ꝛ dicit. quodlibet enim cōpositū ex genere ꝛ dr̄ia cōstituit̄ ex partib⁹ illis: tunc arguit. si enī nulla partiū vel aggregatū ipsarū haberet sine altera. esse igitur vel primū esset necesse esse: aut non. i. stante cōpositiōe in primo ex genere ꝛ differētia querit̄ vel est cōpositum necesse esse vel nō. Si nō. ergo totū illud est causatū: ꝛ p ꝯsequēs indigeret cā. ꝯn̄tia pꝫ. eo qꝛ si nō est nec̄e eē erit gn̄abile vel erit eternum. si gn̄abile. ergo indiget cā. si eternū cū nō sit eternū a se. ergo ab alio. ergo adhuc cā indiget. Si vero dicat̄ ꝙ sic hoc nō tangit: qm̄ iam tactū est: eo qꝛ oē compositū nouū. (Et nos.) Nunc Alga. debilitat hanc viam: qm̄ hec via est via per impossibile. ducit. n. ad hoc īpossibile. qm̄ si ponit̄ causatū ab aliqua cāꝛ eadē rōne illa cā causabit̄: ꝛ sic ꝓcedet̄ in infinitū. inquit rn̄dendo. ꝛ nos iam tractauim⁹ de denoiationib⁹. i. attributis. ꝛ ostendim⁹ ꝙ hoc nō est impoſſe procedere ad infinitū. ꝛ demōstratio illa nō significat nisi ꝙ processus in infinitum est falsus. ergo nō ducit ad impoſſe simplr̄: qm̄ illa demonstratio reputat ducere ad ipoſſeꝛ qd̄ tn̄ nō est ipoſſe: ergo cū ista sol. sit data in

capitulo de attributis. dabitur ⁊ nunc: qm̄ hec demonstratio de cõpo/
sitione ex genere ⁊ dr̄ia ducet ad pcessum infinitum: qđ non est im/
possibile. ¶ Ad formã argumenti dicendũ incõueniens illud nõ esse
incõueniẽs. (Sed ad id qđ.) Nũc tangit vnũ aliud: qđ etiã vult de/
bilitare. d. Sed ad id qđ insudauerunt deponere. i. annullare. s. ꝙ in
deo nulla sit pluralitas. ⁊ est: q2 in suo esse nõ indiget alio: dicimus ꝙ
nullam hꝫ auctoritatem. i. rationem manifestã. ergo nullã hꝫ demon/
strationeꝫ ad asserendũ necesse esse. est ergo debilitatio ꝙ demonstra
tio illa nihil est que probatur esse vnum necesse esse: ⁊ simplex. ⁊ no/
luit explicare illud: quoniã superius disputauit plixe. (Illud vero.)
Nunc apponit id in quo bene dixerunt. d. illud vero qđ probauerunt
clare est ꝙ cause non procedunt ad infinitũ: ⁊ remittit se. d. ⁊ de istis
nos in precedẽtibus satis late disputauimus. ¶ Debes scire ꝙ tria
sunt: que Alga. tetigit: quoꝝ primum est. primũ non esse cõpositum a
neqꝫ ex denominatione ⁊ denominato: neqꝫ ex genere ⁊ dr̄ia per hanc
rõnem: q2 tũc eẽt pcessus infinitus in illis. ¶ Scđm est. ꝙ deus nõ sit
cõpositus alio in sui esse indigens: cuius rationem ⁊ responsionẽ ta/
cuit in ppria forma. ¶ Tertiũ est. ꝙ in causis essentialr ordinatis non
est pcessus infinitus. Circa que dixit primũ non valere: eo q2 incõue
niens non est incõueniens. Scđm etiaꝫ dixit non valere: eo q2 ratio
videt demonstratiua ⁊ non est: lꝫ nec rationẽ: nec responsionẽ expres
indiuidualia actuata illa qualitate mouēt intellm̄ potēm. est. n. intel
lect⁹ agēs apud ipsuꝫ silis soli. ⁊ q̄litas illa silis luci: ⁊ idiuidua i phā/
tasmatib⁹ exñtia silia colorib⁹. hec Auēpa. in epistola sua de luce ⁊ lu
mine intell'us. Auēpa. ergo vult ꝙ intell'us mālis qui est virtus ima/
ginatiua ⁊ obiectū sunt in forma abstractiōis cōueniētia. illa quali/
tas est forma inhērēs obiectis: ⁊ est dispō intell'us: sicut lux est disposi/
tio visus ⁊ coloribus inhērēs. ¶ Auerrois aūt opinat̄ in verbis nunc
Pō Auer. positis tertio de aia. cōmēto. 5. ꝙ illa forma abstractiōis est substātia
scꝫ intellect⁹ agēs: qm̄ quēadmodū apud ipsuꝫ lux est forma diapha
ni inhērēs: ⁊ forma coloris nō inhērēs: sed appropriata qua colores
mouēt diaphanū. sic intellectus agēs est forma itellectus possibilis

intrinseca: qua intellͤs agēs ponit in tali spēe: ⁊ qua disponit ad hoc:
vt attingat obiecta: ⁊ est forma intelligibiliū extrinseca appropriata
tamen qua intelligibilia possunt mouere illū intellectū. omne eīn id
quo intelligibile pōt mouere intellectū pōt dici forma intelligibilis.
est ergo forma intellꝰ ⁊ intelligibilis alio modo ⁊ alio. vnde lux est
forma coloris: nō qua sunt colores: sed qua sunt motiui. ⁊ aīa intelle/
ctiua est forma hoīs: non qua hō est: sʒ qua homo est operās. sic intellͤs
agēns est forma intelligibiliū: non qua sunt in rerū nā: sed qua pn̄t
perficere intellectū possibilē perfectione obiectiua. ⁊ hoc dicit Auer. 2.
de anima. cō. 67. qn̄ inquit. vn̄ assimilat lucē intelligentie agētis: ⁊ co/
lores phantasmatibus. Sed quid sit ista vnio ⁊ quo modo fiat: ⁊ q̄re
nunc sit: ⁊ non tunc: non est locus hic: sed dixi in libro de intellectu. ⁊
tu vide ibidem: qꝛ omnia declaraui. ⁊ impoīe est vt aliquis intelligat
opinionē meam: nisi vel audiuerit me: vel viderit oīa mea: nisi fuerit
intellͤs mirabilis. hmōi eīn secreta nō sunt oībus ꝓpalanda. disper/
sim enim tradidi opiniones meas. ⁊ ideo qui vult illas colligat illa
scripta. ⁊ sic remouebit oīs locus q̄onis. Dixi hec. qꝛ scio ꝙ multi pre
sumptuosi carētes ⁊ arte scribēdi ⁊ mā scribendi meis q̄onibus vten/
tes ⁊ meis opinionibus se magnos preseferētes amant solū sophisti
cam artē. s. stillū cōtradicēdi. ⁊ ideo si volunt cōtradicere cōpensent
bene. qꝛ iam adsunt mei singulares auditores qui longo tpe audiue/
runt me qui poterunt me defendere post mortē. ⁊ poterunt iudicare ꝙ
si aliquid edunt iam omnia ex meis scriptis: que dixi in celo: ⁊ in lib.
de aīa. ⁊. 12. meta. ⁊ in libro de suba orbis: ⁊ in posterioribus ⁊ priori/
bus ⁊ perihermenias. ⁊ in lib. de intellectu. ⁊ ī infinitis scriptis accepe
runt. ⁊ illud mali qđ dixerunt in suis editionibꝰ est ex ipsoꝝ ruditie. ⁊
ex eoꝝ iactātia. quare ⁊c. ¶ Ad verba. 15. cōmē. dicendū ꝙ ipse vult
sibi intellectū ⁊ intelligibile nō esse vnū ⁊ idē oībus modis: fm mate/
riam. s. ⁊ formā. qꝛ tunc sequit illud incōueniens: sed fm formaʒ non
est incōueniens: vt dixi. ¶ Ad Themistiū sol. est perspicua ex scđo ser/
mone notato. ⁊ sic apparet hoc. ¶ Et cum totū hoc sit ita. apparet pec
catū Joā. iando. in lib. de aīa. vbi posuit intellm possibileʒ recipere: ⁊ Error Joā.
eē subiectū omniū specierū. ⁊ posuit tot quot nec ipse nec alter adhuc iando.
intellexit. paucitas enim exercitij huius hoīs in libris Auer. fecit istū
hominē errare (Tandeʒ id) Cum dicta sunt hec cōuertit sermoneʒ ad
corpus celeste. ⁊ inquit. Tandē illud qđ posuerunt phi. vʒ. subam ce/
lestem cū denoīationibus. i. accidētibus additis sup ipsaʒ sbam non
est aliud: nisi qꝛ posuerunt antiquū corpus. i. eternū corpus: ⁊ adhe/
rentia. i. lumen motum ⁊ qualitatem ⁊ figurā esse accidētia in eodē.
ergo vult dicere qn̄ ponunt celū recipere: ponūt ipsuʒ esse corpus: ⁊ qn̄
ponunt ipsum recipere receptiōe eterna ponūt ipsum esse corpus eter/
num. (E ipsi) Ponit causaʒ erroris. d. ⁊ ipsi non estimāt ꝙ qn̄ ipsi re/
mouent qualitatē que est corporeitas remouent ab eo totam sensibi/
lem naturā. i. materiā. ⁊ per ꝯn̄s esse indiuisibile sensibile. ⁊ tunc in/
fert. ergo nō erit ibi gerens neq̄ gestum. (Et si forte) Remouet. q. ad
hoc. d. Et si forte ponerent gerens ⁊ gestuʒ separata a materia. sequi/
tur ꝙ esset intellectus ⁊ intellectuale. ergo erit vnus intellͤs simplex.
⁊ sic sequitur vt prius ꝙ sint idem fm rem: ⁊ differūt relatiue ratione
subiecti. i. ratione materie: vt dixi.

Dubitatio.

Sed dubitat qm̄ corpus celeste ſm Auer. ꝑ celi. cō. 20. ⁊ 45. ⁊ in lib. de ſba orbis. ⁊ in infinitis locis est abstractū a mā. ergo per ipsum erit abstractuz a mā sensibili. ergo erit intellˀs seu ſba separata ⁊ per ꝯñs erit non recipiēs. ¶ Dicendū q̄ mā pōt capi triplr.

Triplr capitur mā.

Uno mō pro mā trāsmutabili corruptiue. ⁊ hāc materiam in ꝑmo physic. inuestigauit. ⁊ de hac dicit in. 9. meta. q̄ ens separatū ab ea non est trāsmutabile. vide cōmen. 2. Alio modo capit mā pro subiecto receptiuo Idiuiduaľr ⁊ signate. ⁊ sic est cōmunis corpori celesti ⁊ materie ꝑme. mā em̄ ꝑma est ſbm oīuz fbaꝝ sensibiliū: vt dicit in lib. de ſba orbis. ⁊ dicit de corpore celesti. ⁊ verius. vt dicit in scdo capite libri de ſba orbis. ⁊. 8. meta. cōmen. 12. Tertio modo capitur mā pro subiecto formarū vniuersaliū. ⁊ sic dr̄ mā equoce ⁊ valde remote. ⁊ sic cōcedit mā in subiectis separatis; est em̄ gradus imperfectionis quo res ꝓpinqua fit ꝑuationi entis. ⁊ sic dicit. 3. de anima. cōmen. 5. ⁊. 14. q̄ nulla intelligētia est liberata a materia nisi prima. ¶ Ad formam argumēti dicēdum q̄ corpus celeste est abstractum a materia primo modo non ꝓpter hoc sequit q̄ sit abstractū a materia scdo modo. ideo nō est intellectus. ⁊ sic pōt cōcedi corpus celeste esse cōpositum ex materia sensibili ⁊ forma que mā sensibilis est subiectū ⁊ forma est anima celi. i. motor eius. ¶ Sed dices. an materia corporis celestis. ⁊ materia generabilis sint vnius rōnis? ¶ Dicendum q̄ in ratione metaphysica cōueniūt: que ratio methaphysice est ratio potētie subiectiue prout ambe sunt subiectū forme ꝓprie: nō tn̄ in ratione physica: que est potētia trāsmutabilis. materia eniz corporis celestis est abstracta a ratione potētie trāsmutabilis. ergo materia celi ⁊ mā generabiliū sunt vnius rōnis: ⁊ vnius spēi in rōne ⁊ specie meta. non tn̄ in rōne ⁊ spē physica: nec hoc repugnat fundamētis ⁊ verbis Auer. vt alibi declaraui. s. in epl'a felicitatis quā exposui: ptz ergo qualr corpus celeste est natura sensibilis. ⁊ tn̄ est abstractū a prima mā. ⁊ tu cōsidera bene. (Sz id qd) Cū declarata sunt duo fundamēta peripatheticoꝝ quibus abscisse sunt due ꝓpōnes false: nūc ponit ⁊ accedit ad abscindēduz aliud dctm̄. ⁊ ꝑmo repetit illud. ⁊ inquit. sed id qd dixerat sup. Alg. vz. q̄ nō est impo'le q̄ res reducat ad duos deos: quoꝝ vnus erit cā orbiū. i. oīum sensibiliū: ⁊ alter non: sz causa oīum intelligibiliū ⁊c. dicimus q̄ sunt verba erronea. Deinde arguit cōtra illud rōne fortissima, ⁊ inquit. qr positio q̄ ꝓductio entis sensibilis sit ab vna ⁊ eadē mā: ⁊ vna ⁊ eadem ſba. non aūt a naturis diuersis. ⁊ sup. posito q̄ esset ꝓductio entis intelligibilis ab altera ſba ꝑma sequit necessario q̄ si aliqd in illa natura que est causa sensibiliū equaliter fuerit. ⁊ in natura que est causa rerū intelligibiliū ad ꝑmaz cām reductarū sequunt duo necessario q̄ cōmunicēt in quadā denominatione. i. natura: ⁊ differūt in altera. est ergo ꝓpositio quādo sunt due res in quibus est aliquid equalr opz q̄ ille res cōueniant in vno. ⁊ differāt in altero. ⁊ hoc pōt ꝓbari virtute inductionis vt constat. est enim maxima metaphysica. Tūc arguit ⁊ inqt. ⁊ id in quo differūt nō euadet quin sit de mā in qua indiuidua differūt. aut sup. de mā in qua differūt spēs. i. quin sit dr̄ia indiuidualis. vel dr̄ia specifica. Tūc destruit scdm mēbrū. ⁊ inquit. si scdo modo dicet. s. q̄ differūt dr̄ia specifica. ergo nomen dei dicet equiuoce de illis: qd est cōtra positum. positum enim

An mā celi ⁊ gn̄abiliū sit eiusdem rōnis.

erat illos esse equales in aliqua natura. ꝯñtiam ꝓbat. ⁊ pōt sermo sic
cōponi. quecūqz cōtraria aut media in vno genere nō possunt vniuo
cari: sed species que cōmunicant in genere sunt cōtraria aut media.
ergo spēs alicuius generis nō vniuocanť in aliquo. Tunc assumatur
cōclusio hec pro maiori: ⁊ assumať secum hec minor: sꝫ illi duo dij sunt
species alicuius generis. ergo illi duo dij nō possunt vniuocari in ali
qua natura. huius syllogismi accepit tantū minorem ꝓmi. ⁊ inquit.
nā qꝫ pro qꝛ spēs que cōmunicāt in vno genere sunt aut cōtraria aut
intermedia. qđ. i. que cōclusio scđi syllogismi est falsa ⁊ cōtra positū.
¶ Debes scire ꝙ que cōueniunt in genere equiuoca sunt physice qꝛ
nō sunt vnius nature: cuꝫ genus multas dicat nās vt superius expla
naui. ergo si illi dij differūt dīia essentiali non cōueniunt in vna natu
ra specifica. ⁊ hoc accipiť. dicebať enīꝫ ꝙ illi sunt equales. eq̄les autē
sunt indiuidua in specie: ⁊ non spēs in gñe: vt dř. 12. meta. cōmen. 2.
ideo dictum istud cōtradicit positū. quō aūt spēs gñis sunt cōtrarie
extreme vel medie non est opus hic declarari. satis sit pro nūc ꝙ sint
oino naturis disperatis opposite: ⁊ hoc rōm sufficit pro possibilitate.
(Si primo modo) Nūc remouet primū modū: ⁊ inquit. si primo mō.
ergo sunt ambo in mā: qđ est cōtra hoc qđ concessum est ab oibus. est
enim cōcessum ab oībus ipsuꝫ esse virtutē separatā ⁊ sine mā. (Sed
si ponerēt.) Hic remouet dubiū. pōt eīm quis dicere ꝙ illi duo dij dif
ferunt naturis specificis ⁊ gñibus: sed tantū analogice cōueniunt eo
modo/ quo deus ⁊ opa eius cōueniunt: ⁊ quo/ modo sūba ꝯuenit accī
denti. hoc ergo inquit: sꝫ si ponerēt ꝙ pars ipsius nature est nobilior
alia. ver. g. natura vnius sit prior essentialr ⁊ nobilitate natura alte/
rius: ⁊ ꝙ hoc sup. nomē deus ꝑdicať de eis analogice. hec est sol. (Erit
ergo natura.) Cōfutat illā. d. ergo erit hꝫ natura vna ꝑma que erit no/
bilior altera que erit scđa. Tūc dedit illō qđ sequiť ex hoc. d. ⁊ sic scđa
causať ab ea. i. ꝑma nectio: qđ exponit. d. ita ꝙ ꝑducētes orbes. i. cau
sa intelligibiliū erit ꝑducens. i. causans causaꝫ que elemēta ꝑducit.
⁊ tunc. d. ⁊ hec met est positio phoꝝ. ⁊ pōt intelligi dupľr. vel arabum
qui opinanť colcodeā que est dea actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ: ⁊ hi sequuntur
Platonē in Thymeo ⁊ Themistiū. Uel peripateticoꝝ q ponūt intel/
ligētiā que mouet lunā appropriari ad gubernandū hec actiua ⁊ pas/
siua: vt declaraui in expōne. cō. 18. 12. ⁊ hec est plus dilecta apud me.
¶ Debes scire ꝙ tribus modis pōt estimari duos esse deos vel vnius Tripľr pōt
generis: ⁊ differre specie essentialr. Uel vnius speciei: ⁊ differre mā. estiari. plu/
Uel differre genere ⁊ specie ⁊ eē cōueniētia in analogo. ꝑmū moduꝫ res eē deos.
remouit Auer. per hoc: qꝛ tūc non essent equales in ꝑfectione. species
enīꝫ generis sunt semper inequalis ꝑfectionis: qm̄ sunt sicut numeri:
vt diciť in metaph. Si igiť illi dij essent differētes species vnus esset
altero prior in ꝑfectione ⁊ sic ille solus eēt deus, scđm remouet per cō
fessum cōe oibus. s. qꝛ tūc quilibet illoꝝ esset in materia. tertiuꝫ pōt re
mouere per primū: attamen remouet ꝑ hoc: qꝛ ordo analogie est ordo
cause ad causatū: vt nūc debet homo supponere. g̃ primuꝫ in illo ordi/
ne erit causa scđi ⁊ hec est positio oium phoꝝ. hec igiť est summa eoꝝ
que Auerro. attulit hic. (Et ambo.) Debes scire ꝙ loquētes sarraceni
ponunt deum oīa agere sine medio. ⁊ sic negāt intelligētias interme/
dias esse causas scđas. peripatetici aūt ponūt numerū intelligētiarū

fm numerū orbiū3:ꝛ illas esse scđas cās:vt superius visum est. Has
ergo duas opiniões tāgit Auer. vt.d.ꝛ ambo.i.ille due opiniones po
nunt:siue cogunt ponere primā causam.v3.ꝙ ponunt primū agens
agere mediātibus pluribus causis:ꝛ qui ponūt primam causam per
se agentē opposita sine aliquo medio. Apponit tñ dñiam.d.s3 hoc.i.
primu3 agere sine medio est impossibile apud phos:vt diffuse ꝛ clare
ostensum est ab eis in diuersis locis.

Dubitatio. Sed hic est questio:qm̄ Auer.ꝑ celi.cō.33.ꝛ.8.phy.cō.15.
ꝛ fere locis infinitis.voluit ꝙ loquentes sue le
gis non possunt ponere primā causam esse:s3 bene phi. ait rōnem:qm̄
illi ponūt causa3 primā agere nouū imediate.ergo hñt ponere illa3
esse corpus:ꝛ per ꝯñs nō primā causam.phi bene cum ponant illā age
Solutio. re motu eterno. ℂ Dicendū. Auer. vult ꝙ ambo cogūtur ponere pri
mam causam. Sed nō expressit quō:s3 in locis illis expressit quo mo
do:qꝛ loquentes sue legis habēt ponere illam esse corpus.phi moto
rem separatū:ꝛ sic non est cōtradictio. Uel forte ponderāda sunt ver
ba eius.hic inquit em̄ ꝙ ambo cogunt ponere primā causa3:l3 diuer
simode:qm̄ illi cogunt ponere:vt euitēt ꝓcessum in infinitu3:que tñ
ratio non est demonstratiua.ergo illi coguntur rōne ꝓbabili.phi ra
tione efficaci.ꝛ ideo dixit post ꝙ hoc est impossibile:vt patuit:ꝛ sic
amouetur cōtradictio.

Dubitatio. Sed in iam dictis ē qō mirabilis quā mouit Simplicius ꝛ
Auer.ꝑ celi.cō.90.ꝛ Auer.ꝑ qōne sumit pro
positionē cōfessam a phis:ꝛ dicit ꝛ pōt aliqs dicere cū declaratu3 est
ꝙ mouēs.i.motor celi nō mouet celū nisi desiderio.i.volūtate existē
te in celo pp intellectū eius.i.eo qꝛ intellꝰ est in celo. est ğ ꝓpositio ꝙ
motor celestis corporis nō mouet illō nisi volūtate ꝛ intellꝰq existūt
in corpore celesti. Tūc arguit.d.qd ꝓphi debit ğ ꝙ nō sint plures celi:
imo de facto erūt plures celi.i.plures mūdi:ꝛ per ꝯñs plures pmi mo
uentes:ꝛ vnūqdq3 celoꝝ desiderat hoc pmum mouēs eiusdem modi
intellꝰ.est ergo virtus rōnis ꝙ fingi pōt vt sit vnus pmus motor vt
finis:ꝛ qꝛ finis pōt appeti a pluribꝰ intelligētibus.ergo pñt esse plu
res dij mouētes:ꝛ vnus finis cōis q nō mouet.ideo dicit.ꝛ vnūqdq3
coꝝ desiderat hoc pmu3 mouēs.i.hūc pmum finē qui est eiusdē modi
intellꝰ oībus illis duobus.i.qui intelligit ab eis eodē modo. Hoc cō
firmat exēplo:sicut in nobis vnu3 intellm̄ mouet plura imaginātia.
ver.g.cibū esse vtilem mouet oēm famelicū ad cibū:ꝛ forte sic erit de
celis.i.pmis motoribus celoꝝ.ğ est forma.q.ꝙ potest esse vnus finis
primus ꝛ duo agētia pma que possunt esse dij. ꝛ sic adhuc erit aliquo
Solo Simplicij. modo pluralitas deoꝝ. ℂ Huic questioni Simplicius dedit sol.ꝛ vult
questionē fundari in hoc ꝙ pmus finis ꝛ pmu3 agēs sunt diuersa fm
subiectū:sed non est ita:qm̄ vt dicit:pmus finis:pmū agens:ꝛ pma
forma sunt vnum in subiecto:ꝛ differūt diffinitione.i.rōne ꝛ modo.
ℂ Ad formā ergo qōnis negatur suppositū.s.ꝙ sit vnus cōmunis fi
nis diuersus:ꝛ duo agētia pma:qm̄ pmus finis ꝛ pmus motor sunt
vna res simpliciter. ℂ Et hāc sol. dedit Auer.d. dicamus ğ ꝙ decla
ratum est iam ꝙ imaginatum.i.pmus finis intellectus est illis.i.in
abstractis idē imagināti.i.pmo intelligēti:ꝛ cū ita sit imaginatio.i.
finis pmus intellꝰ est eadē.i.est vnus sicut imaginās est idē.i. vnu3.


tūc vltra inquit: ⁊ cū imaginatio.i.finis fit vnus ⁊ eadē nō intendit nisi in eodē imaginato.i.vno intelligēte. Ex his sequit̄ q̄ suppositū iam falsum est.supponit̄ eīm p̄mū finē esse diuersum a p̄mo agēte: qđ falsū est. Post rn̄det ad exēplū.d.in hoībus aūt imaginatio.i.finis non est imaginātī eadē oībus modis. Ideo cōcludit.quapp poīe est idē imaginatū plurib⁹ imaginātibus imaginari: ⁊ plurib⁹ imaginationibus. Tūc ait.fm hoc ergo debemus intelligere imaginatiōes corporū celestiū: ⁊ iam declarauimus hoc in eo qđ scripsimus in ea scientia.i.ī metaph.f.12.cō.36.⁊.55.⁊ alibi.p3 ergo sol.ad formā ⁊ ad exēplum.refert etiā Simplicius hoc voluisse Ammoniū eius magistrū. ¶ Et in hoc apparet peccatū Ioan.qui ponit p̄mū motorē mouere vt finis tantū: ⁊ qm̄ ille hō pōt saluare dictū Auer.ibi ⁊ dictū Simplicij.⁊ ego dixi de hoc alibi. ¶ Sz dices.adhuc est qōq̄m Auer.12.metaph.cōmen.44.voluit q̄ vnū p̄mū intelligibile mouet plures intelligētias: ⁊ tn̄ hic dicit q̄ in hominibus bene pōt vnum mouere plura imaginātia: q: imaginatio.i.finis: ⁊ imagināes sunt quodāmodo diuersa. ¶ Dicendū vt ibidē capitur q̄ vnū intelligibile ⁊ vnum appetibile mouet plures intelligētias ordine quodā.in hoībus aūt vnū appetibile pōt plura appetētia ⁊ imaginātia mouere eque prio. ⁊ sic est aliq̄ diuersitas: ⁊ tu cōple istud.

Error Ioā.

Dubitatio

Solo.

ALGA DVB. IIII.



Dixit Alga. ⁊ si aliqs diceret q̄ hoc est ipoīe: q: si id in quo est dr̄ia īter duas sbas idiget necesse eē op3 q̄ qōlibet ipsoꝝ habeat vnū eē necium.ergo nō differūt. ⁊ si nullū ipsoꝝ indiget necesse eē.ergo eē ipsi⁹ eo nō indiget: ⁊ si sic necesse eē pficit̄ ab alio. Nos vō dicimus q̄ hoc nō ꝯuenit cū illo qđ dixistis in denoīationib⁹. Et iaʒ tractauimus de hoc in p̄cedētibus: ⁊ locus sophisticatiōis hic sumit̄ ī vocabulo necesse eē. Quare dimittēdū est q̄ necesse eē pbatū est: nisi intēdamus p illō cām carēteʒ agēte.ergo nō est impoīe ponere numeratiōnē in eo ⁊c.

¶ Inducit hic Alg.argumētū cōtra se: qm̄ ip̄e opinabat̄ q̄ ī p̄mo est cōpō ex denoīatione ⁊ denoīato: vt visuʒ est.ingt modo. ⁊ si aliqs diceret q̄ hoc est ipoīe.s.ipoīe est dr̄e ibi eē duo cōponētia.s.denoiationeʒ ⁊ sbm illi⁹ (Quia si.) Inducit mō argumētū.⁊ pōt sic ordiri.si illa duo sunt duo.s.denoīatio ⁊ denoīatū vel ambo sunt necesse esse: vel neutrum: vel alterū sic ⁊ alterū non.si ambo.ergo nō differūt: qm̄ ambo sunt necesse esse: ⁊ necesse esse vnū numero est simplr̄.ergo illa nō differunt.si vero neutrū.ergo totū cōpositū est ens poīe eē: ⁊ poīe non eē: ⁊ sic p̄mus motor indigeret aliquo priori quo perpetuet̄: qđ est falsum. Si vero detur tertiū.tunc vna natura simplex eēt due nature.s. cōtingens ⁊ necessaria; totum membroꝝ tacuit tertium: q: manife/

stum erit per se.inquit ergo. Q3 si id in quo est dria inter duas substantias.i.si ambo illa differētia:puta denoiatio & subiectū indigent necesse esse.i.sunt simplr necesse esse:op3 ꝙ qdlibet ipsoꝝ habeat vnū esse necessariū:ergo nō differūt.& si nullū ipsoꝝ indiget.i.sit necesse esse:ergo esse ipsius.s.cōpositi eo nō indiget.i.ergo esse totius non est necesse esse:& necesse esse pficiet ab altero.i.ɔseruabit ab altero poni: qd est incōueniens. Translatio autē hebrea est multū facilis: & sic reperit:& si aliquis finget hoc eē remotū:qm nō euadet quin illa duo sc3 denoiatio & subiectū sint necesse esse:vel nō.& si sic:qño ergo ibi signabit differētia:ergo nō differūt.& si nō.totū in sui esse depēdebit ad aliud prius:& sic cōtrapositū.hec est aperta trāslatio:& est ꝗsi explanatio illius.(Nos vero.) Hic tangit quasi sol.argumēti pñtis & inquit. Nos vero dicimus ꝙ hoc nō cōuenit cū illo qd dixistis i denoiatōib⁹.i.qñ tractauim⁹ de dnoiatōib⁹:tūc rmittit se.d.& iā tractauim⁹ de h in pcedētib⁹:& appōit locū latētie.d.& loc⁹ sophisticatiōis hic sumit i vocabulo nece esse:qre dimittēdū est:q: nece ē pbatū ē. (Nisi intēdamus) q: pposuit locū sophisticatiōis esse in illo vocabulo necesse esse.hoc declarat. ¶ Ideo debes scire ꝙ necesse esse potest capi positiue put addit naturā aliquā ei cui apponit.alio modo priuatiue p eo qd caret causis cōtingentie & possibilitatis: ergo necesse esse equoce accipit.& per ɔñs dicēdu3 ꝙ si necesse esse capit positiue. verū est ꝙ si aliqua cōueniūt in necesse esse illa sunt eadē:s3 si capit priuatiue nō op3.cecitas.n.& surditas cōueniūt in carentia causaru3 visionis & auditus:& tamē nō sunt eadē.in pposito:ergo illa.s.denominatio & subiectū cōueniūt in carentia cause cōtingētie:nā nō seqt ꝙ sint idē inter se.dicit ergo nisi intēdamus p id.i.dico argumentū valere nisi intēdamus p illud.i.p necesse esse cām carentē agente.i. nisi necesse esse capit priuatiue:ergo sic accipiēdo nō est impoꝛe ponere numerationē in eoꝝ3 positiue sit impole:& sic forte intelligit iste locus:& h3 aliam expositionē:& tu persiste in eo.

Necesse eē pōt capi positiue & priuatiue.

AVERROIS.



Dicimus nos ꝙ snia illius quā allegauit cōtra phos est que sic dicit.non euadet quin dria ex qua puenit dualitas i necesse eē indiget necesse esse:aut nō. Si illa dria i qua differūt indiget necesse esse in diffōne cuiuslibet ipsoꝝ: ergo nō differūt in necesse esse. Op3 ergo ꝙ necesse eē vnū sit tm̄:vt si nigredo indiget in necessitate coloris:& albedo in necessitate coloris:nō dfnt in necessitate coloris. S3 si dria in qua dfnt nullū itroitū h3 in necesse eē: ergo necessitas est cuiusl3 ipsoꝝ per accñs. Hec est snia verboꝝ hui⁹hois q̄ nobis erroꝛ appet. Spēs.n.necesse sunt in eē gñis:& quelib3 ipsaꝝ sic se h3 nō pticulariter.

Si eniꝫ ita esset nō copularenť in colozis esse: ꝛ hic obij cit hō dicens: ꝙ hoc accidit ꝑut imaginamur ꝙ necesse esse quādaꝫ cām significet vel nām. Sꝫ apud nos nō est sic: imo ꝑ id intēdimus quid negatiuū. s. nō hñs cām: ꝛ negatiōes nō hñt cām: cāe nāqꝫ quo pñt sumi in remo/ tione cuiusdā incausati. Jta ꝙ dicať ꝙ nō euadet quin sit id in quo differūt icausatū necesse eē aut nō. si p̄imo modo nulla erit ibi numeratio neqꝫ dr̃ia. si scđo mō sit id qđ nō hꝫ cām est vnū. Et nos dicimꝰ ꝙ ipse errauit in eo qđ meditatꝰ est. vꝫ. ꝙ qd incātuꝫ sit pura remotio: qꝛ remotio nō hꝫ cām. qualr̄ ergo erit cā sui eē: ꝛ hic est er roꝛ: qꝛ negatiōes currētes cursū p̄iuatoꝝ noīuꝫ. s. nega tiōes q̄ sumūť i diffōne entiū ab īuicē hñt sine dubio cās q̄ iserūt dictis entibꝰ illā negationē: ꝛ si affirmatōes ha/ berēt cās iserētes affirmatiuas denoīatiōes: ergo nulla dr̃ia est i hoc iter ꝺnoīatiōes affirmatiuas ꝛ negatiuas.

¶ Nūc Auer. examinādo dubiū dictū. ꝑponit expōnē qōnis facte. ꝛ ingt. dicimus nos ꝙ snīa illius rōnis quaꝫ allegauit contra pħos. s. arabes est q̄ sic dicit. nō euadet qn dr̃la ex qua ꝓuenit dualitas. i. cō positio in necesse esse indigeat necessē esse. i. sit necesse esse: vt hꝫ alia translatio: aut nō. Si illa dr̃a in qua differūt indiget necesse eē. i. sit necesse esse: ita ꝙ i diffōne cuiuslibet ipsoꝝ sit necesse esse. i. si qōlibet illoꝝ sit necesse esse diffinitiue ꝛ ꝑ se p̄imo mō: ergo nō differūt in ne cesse eē: ḡ opꝫ ꝙ necesse esse vnū sit tm̄. qđ exēplo ostēdit. d. vt si ni/ gredo indiget in sui necessitate coloꝛe. ꝛ albedo etꝰ silr̄ in sui necessita te indiget coloꝛe: tūc ambo nō differūt in necessitate coloꝛis. Sed si dr̃ia in qua differūt nullū introitū hñt in necesse esse. i. si nullū illoꝝ sit necesse esse: ergo necessitas est cuiuslibet illoꝛum per accidens. i. erūt necesse eē ab altero: ꝛ in suis naturis possibilia: vt dictū est. hec est snīa verboꝝ huiꝰ hōis. (Que nobis) Nunc examinat hoc dubiū ꝛ p̄io ꝑponit intētionē eius. d. q̄ nobis erroꝛ appet. Et hoc ostēdit. Ubi debes scire ꝙ Alg. fecit entimema hoc. illa duo sunt nece eē: ita ꝙ cōueniūt in necesse esse: ergo nō differūt. modo ostendit Auer. ꝯñam hanc nō tenere ꝑ simile: qm̄ spēs cōueniūt in necesse esse eaꝝ gñis: ꝛ tñ differūt inter se: imo quelibet ipsaꝝ vlr̄ sumpta est necesse esse: lꝫ nō particulr̄ sumpta: ergo dictū illud est debile: dicit ergo. species eniꝫ necesse sunt in esse gñis: ꝛ. i. imo ꝛ quelibet ipsaꝝ nō particulari/ ter tenta: sed vlr̄ sic se habet. i. est necesse esse. (Si. n.) Potest intelli gi dupl̄r. vno mō vt assignet cām q̄re differūt iter se: ꝛ si cōueniāt. d. si eniꝫ ita esset. sup. ꝙ oībus modis eēnt eadē nō copularenť in eē coloꝛis: qm̄ copulari p̄supponit diuisionē. idē. n. nō copulať sibi. Ul pōt intelligi: vt det cām: quare q̄libet spēs vlr̄ tēta sit necesse esse: ꝛ ingt. Si. n. ita eēt. s. ꝙ q̄libet oi mō supposita eēt cōtingēs esse: tunc


nõ copularent̃ in esse coloris: q̃2 necesse esse / nõ fit ex nõ necesse esse. Sz p̃ria est melior: qm̃ sic spẽs nõ copulat̃ ex ĩdiuiduis: cũ illorũ nullum sit necesse esse: vt cõstat. (Et hic obijcit) Nunc cepit quasi sol. argumẽti quã dedit Alga. vult colligere vnũ errorẽ ibidẽ. d. ꝛ hic obijcit homo. d. ꝙ hoc accidit. s. illa esse eadẽ ꝓut quis imaginat̃ illud necesse esse significare quãdaz cãm aut nãm. (Sz apud) ponit sol. Alg. dicẽs. sz apud nos nõ est sic: imo ꝑ id. i. necesse esse intendimus gd negatiuũ. s. nõ habẽs cãm: qm̃ negatiões nõ habẽt cãm: cuius rõnem dicit. cause nãq3 quõ pñt sumi in remotiõe cuiusdã incausati (Ita ꝙ) sũmatim resumit vim. d. ita ꝙ dicat̃ ꝙ nõ euadet quin sit illud ĩ quo differũt incausatũ. s. necesse eẽ esse aut nõ. i. non euadet quin illa duo sint necesse eẽ aut nõ. Si p̃io mõ nulla erit ibi numeratio neq3 dr̃ias vt supra dictũ est. Si scđo modo sil'r id qđ nõ h3 cãm est vnũ: ꝛ forte lr̃a est corrupta: ꝛ sup̃fluit negatio: ꝛ d3 legi hoc modo. ꝛ sil'r id quod h3 cãm est vnũ. i. simplex: ergo ibi non est multitudo: vel sic d3 legi. ꝛ sil'r ei qđ nõ h3 cãm est vnũ. i. sil'r illi ꝙ est incausatu3 hoc qđ est causatũ d3 esse vnũ. i. simplex: ꝛ quõcunq3 superfluit negatio. (Et nos.) Nunc ostẽdit errorẽ eius. d. ꝛ nos dicim⁹ ꝙ ipse errauit in eo qđ meditatus est. v3. ꝙ quid incausatũ sit pura priuatio: q2 remotio. i. priuatio nõ h3 cãm. Contra arguit ꝛ inquit. qual'r ergo erit cã sui eẽ: q̃si dicat est impo͠ile. mõ oẽ necesse eẽ est cã sui. (Et hic.) Ostẽdit alio mõ errorẽ eius. d. ꝛ hic est error: q2 negatiões currẽtes cursu priuatoru3 nominũ. s. negatões que sumũt̃ in diffõne entiũ habẽt adinuicẽ sine dubio cãs. dico cãs inferẽtes dictis entibus necessarijs illam negatiõnẽ: ꝛ addit: ꝛ si affirmationes. i. habitus haberẽt cãs inferentes affirmatiuas denoĩationes: ergo nulla dr̃ia est in hoc inter denoĩationes affirmatiuas. i. habit⁹: ꝛ negatiuas. i. ꝑuatões. ¶ Debes scire ꝙ negatio capit̃ dupl'r. vno mõ ꝑut est ꝓpria vni ꝛ nõ alteri. V. g. cecitas est ita ꝓpria aĩali ꝙ nõ cõpetit lapidi: ꝛ sic negatio vocat̃ currẽs cursu ꝑuati. s. sbtiteo q2 ꝓpria est illi. nõ dico q̃rto mõ. alio mõ est negatio simpl'r: vt nõ hõ nõ albũ: ꝛ sic dr̃ de ente ꝛ nõ ente. vt dicitur in perihermenias. est ergo dr̃ia vt. d. hic Auer. qm̃ negatões p̃io mõ hñt cãm in sbto: sz scđo mõ nõ hñt cãm: ꝛ sic est in deo: qm̃ nec̃e esse h3 cãm in deo: cũ sit negatio p̃io mõ. ¶ Sz accidit qđ: qm̃ dictũ est in lib. ď sba orbis. in fine. ꝙ eternũ dr̃ per ꝑuatiõnẽ cãe corruptibilitatis: g̃ nõ h3 cãm. ¶ Dõm ꝙ cã põt capi dupl'r. vno mõ ꝓ re addita sbto cui⁹ est: ꝛ sic p̃mũ nõ h3 cã3 sue necessitatis: nec aliqđ eternu3: ꝛ sic loquit̃ ibi. alio mõ põt capi ꝓ cã vel addita: vel ꝓ seipso ad qđ seq̃t̃ nec̃e eẽ que poti⁹ dr̃ cõcausa: vt notat̃ in illo v̓bo cã inferẽs: ꝛ sic cõcedit̃ ꝙ nec̃e esse h3 cãm: q2 ei⁹ eẽntia posita ponit̃ necesse esse: g̃ cã est eius eẽntia ꝛ eius nota: ꝛ sic p3 hoc.

Negatio duplex.

Dubitatio.

Solutio.

ALGA. DVB. V.



It Algazel. adhuc est alia via ad reprobandum philosophoꝝ opinionẽ in p̃senti ꝓposito. s. ꝙ ipse deus nõ cõicat cum aliquo in genere: neq3 differt ab eo in differentia. Nos. n. dicemus sic eis neq3 substãtia neq3

pricipiatio negꝫ esse genus: qꝛ nullū istoꝝ dicit in respō sione quid est. Ergo prima cā apud nos est intellectus separatus: sicut sunt alie intelligētie que sunt entis prin cipia: ꝛ dicunt angeli: ꝛ causant a prima cā: ꝛ sunt sine dubio separate a materijs. Ergo hec veritas seu natu ra includit primā cām ꝛ pmū causatū. Primū ergo ens simplex est absqꝫ alia cōpositiōe in se ꝛ ex parte suoꝝ ꝯñtium. Et cōicant in eo ꝙ quelibet ipsaꝝ est intellect⁹ separat⁹ a materia: ꝛ hec est natura gnālis: ꝛ intellectus separat⁹ nō est de ꝯñtibus: imo est ipa quiditas que sine dubio cōis est deo ꝛ alijs itelligētijs. Vñ si mō dr̄nt: er go id in quo differūt differt ab eo quo cōicant. s. intelle ctu. Deus nāqꝫ intelligit seipꝫ ꝛ alia entia. Et sic primū cātū sic se hꝫ. Preterea itelligētie abiuicē differūt i spē: ꝛ cōicāt in itellectu. Pꝫ ergo ꝙ pria cā cōicat cū oībus intelligētijs in intellectiōe: ꝛ differt ab eisdē in alijs.

¶ Hic Alga. inducit qōdā argumētū cōtra peripatheticos. ꝛ primo ꝓponit opinionē illā. d. Adhuc est alia via ad reprobādū phoꝝ opi nionē in pñti ꝓposito. s. ꝙ ipse de⁹ nō cōicat cuꝫ aliquo in gñe: neqꝫ differt ab eo in dr̄ia. hec est opio ḡ phoꝝ. s. ꝙ deus nō est in gñe neqꝫ ab aliquo dr̄ia differt. (Nos eniꝫ.) Nūc facit motiuuꝫ. ꝛ pr̄o accepit vnā ꝓpōnē. d. Nos. n. dicem⁹ sic eis. neqꝫ sb̄a neqꝫ pncipiatio. i. prin cipiū negꝫ esse gen⁹: qꝛ nullū istoꝝ dr̄. i. dat in rñsione qd est deus: ꝛ hec ꝓpō fuit posita ꝛ declarata supius. Tūc infert vnā scdaꝫ. d. ꝛ sup. cū deus nō sit sb̄a neqꝫ pricipiū tāq̄ gen⁹: ergo prima cā apud nos ē intellect⁹: sicut sunt alie intelligētie q̄ sunt entis pncipia. sup. I eo ꝙ ens: vt dr̄. 12. meta. cōmē. pr̄o. ꝛ dicunt angeli fm leges: ꝛ cānt a pri ma cāꝫ sunt sine dubio separate a materijs. est ergo ꝯñs ꝙ deus est itellect⁹ purus a mā separat⁹: sicut ꝛ q̄libet intelligētia mouēs stellā.

Sed dubitares forte: vñ hꝫ euidētiā hec ꝯña. deus nō ē sb̄a: ergo deus est intellect⁹ pur⁹. ex ne gatiua. n. nō seqꝛ affirmatiua: vt dr̄ in scdo pihier. non. n. seqꝛ. chime ra nō est hō: ḡ chimera est nō hō: ꝛ q̄to magis nō seqꝛ: ḡ chimera ē leo: cū sint disperata. ¶ Debes ḡ scire ꝙ qñ psupponiꝛ cōstātia sbi ꝛ diuisio est duoꝝ mēbroꝝ tm̄ bñ valet ex negatiua affirmatiua. V. g. supponiꝛ ꝙ lumē sit ens: ꝛ ꝙ ens diuidiꝛ tm̄ in sb̄am ꝛ accñs. Tunc bñ sequiꝛ. lumē nō est sb̄a: ḡ lumē est accñs: qm̄ iam suppositū est lu men eē ens: ꝛ cū ens oē vel sit sb̄a vel accñs: iō infertꝛ: ḡ accidēs. sic in ꝓposito Alga. ꝑ sb̄am intelligit sb̄am corporeā. mō ens bñ diuiditur in sb̄am corporeā ꝛ intellectualē: ꝛ supponit deū esse: ideo sequiꝛ. de⁹ nō est substātia. s. corpus: ꝛ sup. est: ergo deus est intellect⁹: qm̄ vt di citur primo metaphy. cōmen. 31. inter materiale ꝛ abstractū a mate ria nō daꝛ mediū. Quo habito cōcludit ergo hec veritas seu natura

Dubitatio.

sez que est intellect⁹.includit.i.cõtinet cãm primã.s.deũ ⁊ primũ cau satũ.s.itelligẽtias.ex hoc quasi ĩfert vim rõnis.d.primũ ergo ens.i. deus simplex est absq; alia cõpone in se:⁊ ex pte suoꝝ ꝯñtium.i.acci dentiũ.i.deus est simplex simplicitate opposita cõpõni ex mã ⁊ for/ mate simplicitate opposita cõpõni ex subiecto ⁊ accidẽte:⁊ cõicant in eo.i.in simplicitate illa oẽs intelligẽtie:q: quelibet ipsaꝝ est intel lectus separat⁹ a mã.⁊ hec.i.ergo hec est nã gnãlis.s.que ponit gen⁹ cõis illis.ptz ergo pspicue ꝙ deus ⁊ itelligẽtie cõueniunt in genere. (Et itellect⁹.) Abscindit qõnẽ tacitã.posset eniz quis dicere ꝙ intel/ lectus nõ est quiditas dei:sz aceñs cõe illis:⁊ sic nõ est gen⁹. Respõ det.⁊ itellect⁹ sepat⁹ nõ est de ꝯñtibus.i.accidẽtib⁹:imo est ipsa qdi/ tas q̃ sine dubio cõis est deo ⁊ aliis intelligẽtiis.(Uñ si mõ.) Recolli git ꝙ ibi dĩa etiã reperit:⁊ inqt.vnde si mõ differũt vt cõstat p se:er go id in quo differũt.i.ergo dĩa differt ab eo quo cõicant.s.intelle/ ctu.vult ergo habere ꝙ aliud est quo differũt:⁊ aliud quo ꝯueniũt: ⁊ p ꝯñs deus est in gñe ⁊ dĩa:⁊ ita cõposit⁹ vt supra visum est. Qd aũt cõueniũt ꝓbat.d.deus nãq; itelligit seipm ⁊ alia entia:ergo cõ/ ueniũt in itellectu vt in rõne gñis:⁊ sic primũ causatũ sic se hz.s.ꝙ ẽ itellectus.⁊ addit.ꝑterea intelligẽtie differũt adinuicẽ spẽ ⁊ cõicant genere:vt dictũ est.s.in intellectu:ideo cõcludit cõclusionez.d.ptz ergo ꝙ prima causa cõicat cũ oĩbus intelligẽtiis in intellectiõe:⁊ dif fert ab eisdez in aliis.¶ Et debes scire ꝙ tota rõnis virtus potest in hunc modum cõponi.omne id qđ cõuenit in aliquo qditatiue pdica/ to cum aliis:⁊ differt ab eis in alio est in gñe:sz deus vt declaratũ est ꝯuenit qditatiue cũ intelligẽtiis in esse intus.⁊ differt ab eis in alio: ergo deus est in gñe.⁊ hec est virtus rationis Alga.

AVERROIS.



Dicimus nos ꝙ qui bene intellexit id qđ su perius diximus/euasus est ab istis erroꝛi/ bus.vz.q: hec sunt res que continentur sub vno nomine nõ modo cõtinentie vniuoco/ rum nominuz neq; equiuocoꝝ:imo modo cõtinentie nominũ vni rei attributoꝝ ꝑm dubitationez: ⁊ talium ꝓprietas est ꝙ ascendant ad primuz illius ge/ neris qđ est causa prima omniũ appellatoꝝ illo nomie. verbi gratia.vt nomen caliditatis ꝓducit ab igne ⁊ ab aliis rebus calidis:vel nomen entis qđ de substãtia di cit:⁊ de aliis motibus.Similr dicim⁹ ꝙ nomen intelle ctus dicit de separatis itelligẽtiis analogice apđ phos ita ꝙ primus intellect⁹ est cã alioꝝ. Et sic similr dicim⁹ de substãtia.Et ꝓbatio ꝙ nõ habeat vnã ⁊ eandẽ natu/ ram cõem/est:q: quidã ipsoꝝ cã est alioꝛuz.Et id quod

causa

causa est alterius pcedit causatū sine dubio: q: impossi/
bile est φ natura cause ꝛ causati sit vna ꝛ eadē in genere
nisi in pticularibus causis. Et ideo hec spēs cōicationis
opposita est cōicatiōi generali. Res eniʒ que in genere
cōicant nō hn̄t rem p̄mā que causa sit aliaruʒ: imo oēs
sunt in vno gradu esse: ꝛ in vna ꝛ eadeʒ natura. Ergo si
hērent naturā cōmuneʒ. vʒ. nām veri generis: sequit̄ etiā
φ differāt in quibusdam differētijs sup genus additis.
ergo quelibʒ ipsaꝝ ex genere ꝛ differētia cōponitur. Et
qd̄cūq; sic se hʒ nouū est sine dubio. Tādē qd̄ est i sūma
pfectiōe opʒ necessario φ sit vnuʒ. naʒ si vnuʒ non esset:
nō esset in summo gradu. Id eniʒ qd̄ est in fine cuiusdā
nature non cōicat cum alia. Et q: Auicen. nō estimauit
istaʒ naturaʒ mediaʒ inter naturaʒ significataʒ cum no/
minibus vniuocis ꝛ naturā reruʒ que tm̄ in nomine cō/
municant: sequitur euʒ dictuʒ argumentuʒ.

¶ Hic vult soluere argu. Alga. ꝛ p̊ dicit. dicim⁹ nos φ quibꝫ intelli
git id qd̄ supi⁹ diximⁿ euasus ē ab istis erroribꝰ. Tūc ad formā qōnis
ingt. vʒ. q: dec. i. deus ꝛ intelligētie sunt res q̄ cōtinētur sub vno noīe
nō mō cōtinētie vniuocoꝝ nominū. vʒ. equocoꝝ: imo mō continētie
noiuʒ vni rei attributoꝝ ſm dubitatiōeʒ. i. indr̄iaʒ modi ɔcipiēdi ꝛ
declarat q̄ nā sit taliū noiuʒ. d. ꝛ pprietas taliū est φ significata ascē/
dant. i. ordinētur ad p̄muʒ illius generis qd̄ est cā p̄ma oiuʒ appella/
toruʒ. i. oīum illoꝝ significatoꝝ illo noīe. (V. g.) Hoc ostēdit exemplo
Arist. in meta. d. vt nomen caliditatis pducit̄ ab igne: ꝛ ab alijs re/
bus calidis. ꝛ forte lr̄a est corrupta. ꝛ dʒ dicere. vt nomē caliditatis
que attribuit̄ igni ꝛ alijs rebus calidis. vel nomē entis qd̄ de sb̄a dr̄
ꝛ de alijs noibus. i. alijs significatis alioꝝ noiuʒ. applicat mō ad pro/
positū. d. silr̄ dicim⁹ φ nomē intellc̄s dr̄ de separatis intelligētijs ana
logice apud p̄hos. ita φ. i. tali mō φ p̄mus intellect⁹ est cā aliorum. i.
analogia cause ad causatū. ꝛ sic silr̄ dicim⁹ de sb̄a: ꝛ forte vult dicere
respectu accn̄tiuʒ. dr̄. n. ens analogice de sb̄a ꝛ accn̄te. Et forte vult di
cere. ꝛ sic dicim⁹ de sb̄a quātuʒ ad hoc φ predicat̄ de deo ꝛ alijs intel/
ligētijs. p̄dicatur. n. analogice. ¶ Ex hoc rn̄detur ad formā. negatur
minor: qm̄ intellc̄s nō cōperit q̄ditatiue illis cuʒ nō dr̄ vniuoce: sʒ ana
logice: ꝛ sic est soluʒ nomē cōe illis ꝛ nō nā nec q̄ditas nec aliq̄d aliud
nisi nomē tm̄: ꝛ sic rō nō ɔcludit. intellc̄s. n. dr̄ de deo ꝛ de alijs attribu
tione. vt pʒ. ¶ Debes scire φ Auer. vbiq; vt dixi appellat nomē ana
logum nomē ambiguū vel ſm dubitationē: vt fecit hic: ꝛ hoc artifi
ciose. Qm̄ Aui. p̊ meta. cap. 6. vr̄ opinari φ ens sit vniuocū lʒ ſm ali
quā p̄oritatē. ꝛ argumētū eius est: q: itellc̄s est cert⁹ de intētiōe entis:
ꝛ dubitabit de intentiōibꝰ sb̄e ꝛ accn̄tis. ergo ens dīc itentionē tertiā:
ꝛ syllus eius cōponit̄ ſm ipsuʒ. oē nomē: de cuius intētiōe intellc̄s est

certus dubitãs de cõtentis sub illo nomine dicit intẽtionẽ tertiã: & p̄sequẽs est vniuocũ. sed ens est nomẽ: de cui' intẽtiõe intell's est cert' dubitans de intentiõibus accidentis & substantie. hanc minorẽ pbat Auicẽ. ibi in exemplo de resurrectione an erit an nõ: & vide q: nolui ponere verba eius hic. ¶ Hoc argumẽtũ intãtũ magnificat a quibusdã q̃ eis vr̃ Achilles Zenonis: qbusdã alijs Ulixes Empedoclis qbusdã alijs Hector Parmenidis & Melissi. Ego aũt reputo ip̃z nihil eẽ: vt dicã. iõ debes scire q̃ argumẽtũ suppõit falsuz. s. q̃ itẽtio entis sit id de quo intellect' est cert': imo dico q̃ ens est nomẽ tãtũ significans equalr̃ imediate sbã & accidens: lz sit ibi ordo cause. iõ intellus est cert' de disiũcto: dubius aũt de alterutro illoz. qlz. n. scit q̃ lumẽ est sba vel accñs: lz dubius sit an sit sba determinate vel accñs: sicut qlibz scit p̄ncipẽ sedere vel nõ sedere. nullus nisi astãtes sciũt illũ sedere determiate vel nõ sedere determiate: & hoc obtẽperãs Auer. appellat nomẽ entis ambiguũ: vel s̄m dubitationẽ adnotãdũ q̃ ens nihil cõe dicit nisi disiunctionez: qñ ergo capit determinate accidit dubitatio: qñ vero sub dubitatione & disiunctione accidit certitudo. ergo certitudo nõ est de intẽtõe tertia: sz de significatis alio mõ suppositis. ¶ Cõtra hoc iterũ instat qdã: & reputat argumentũ demr̃are. d. ista certitudo p̄cedit oẽm app:ẽhẽsionẽ quorũcũq̃ diuidẽtiũ ipsuz ens. ergo p̄cedit certitudinẽ de toto disiũcto. ¶ Ad hoc dicẽdũ q̃ illa certitudo p̄cedit oẽm app:hẽsionẽ determiatã: nõ aũt cõfusaz de ipsius entis diuidẽtib': & sic appet qualr̃ argumẽtũ hoc nõ trãscẽdit metaz sermõis sophistici. (Et pbatio.) Quia in soĺone data suppõit ens nõ dicere nãm tertiã. ideo hoc intendit pbare: & apponit ad hoc rõnes duas. scđa ibi ponit. (Tandez qđ.) Et primo p̄ponit cõclusionẽ. d. & pbatio q̃ ens iõ habeat vnaz & eandez naturã cõem. i. vniuocã est. Deinde apponit rõnem: & dz sic cõponi. nulla causa essentialis & per se alicuius effectus cõicat cuz eo in vna nã vniuoca quã dat illi effectui. Sed p:ĩma causa est causa eẽntialis & per se intelligentiarum in ente: qm̃ dat esse illis: qđ hz in se formalr̃ & per essentiam: ergo nõ cõmunicat cuz eis in esse vniuoce. ponit ergo minorez. d. q: quidã ipsoz cã est alioz: deinde ponit vim minoris. d. & id qđ cã est alteri' p̄cedit causatuz sine dubio: q: impoĺe est q̃ nã cause & causati sit vna & eadem in genere nisi in p̄ticularibus causis. i. nõ essentialib' essentialr̃ ordinatis. & apponat ergo cõclusio superius posita. s. q̃ ens nõ dicat vniuoce de deo & alijs. ¶ Debes scire q̃ quidaz rudes nõ intelligunt hanc rationẽ: & ideo derident eam. vnde expositores latini: q: illam olfaciunt: ideo eam appreciant. p̄pter quod mihi videt q̃ sit propinqua p:imis p:incipijs. p̄sistit eniz in propositionib' per se notis: quarum vna est q̃ id in quo aliquid antecedit essentialiter aliud nõ conuenit ei vniuoce. dico essentialiter: qm̃ Soz. pater antecedit Plato. filium in humanitate: tñ q: antecedit accidẽtaliter & nõ essentialiter. ideo humanitas est eis cõmunis & vniuoca. ergo qñ aliquid antecedit aliud essentialr̃ & per se in. a. non põt equalr̃ & vniuoce conuenire in. a. ideo hanc maiorẽ voluit intelligere Auer. cum dicit: & id qđ cã est alterius precedit causatũ sine dubio. intendit eniz id in quo causa antecedit causatũ eẽntialr̃ & per se ipoĺe est vt sit cõe vtriq̃ vniuoce. qlibet eniz cõcedit hanc terminis intellectis. Tunc accipit scđa p̄põz.

sed prima cā antecedit oīa alia entia essentialr̄ ꝛ per se in esse entali. ꝛ hanc dedit Auer. cū dicit. qꝛ gdā ipsoꝝ est cā alioꝝ. pͣma. n. cā est cā entis in eo ꝙ ens: ideo dr̄ in lib. de causis. pͣma creaturarū est eē: vt dicebā. ꝛ hoc declarauit Aristo. 2. meta. ꝛ Auer. ibidē. cō. 4. vide. Ex his ꝯclō seqtur demr̄atiue. ergo ens nō pōt eē cōe vniuocū pͣme cause ꝛ pͣmo causato: ꝛ hec rō non pōt solui si bene itelligit. pn̄t. n. fingi sol. sed solones nō sunt: nisi verba si post ꝯsiderent. (Et iō.) Hic cōducit ex dictis theorema ad ꝓpositū. ꝛ inquit. ꝛ iō hec spēs cōicationis opposita est cōicationi gn̄ali. i. generis vniuoci. ꝛ huius dedit rōnem ꝛ ait. res. n. que in gn̄e cōicant nō hn̄t rem pͣmā: que cā sit alioꝝ. s. eēntialis ꝛ añs illa in nā generis. imo oēs sunt in vno gradu eē: ꝛ in vna ꝛ eadē nā. (Ergo si haberēt.) Ex hoc ostēdit intelligētias nō ꝯuenire cū pͣma in gn̄e: ꝛ inquit. ergo si sup. intelligētie haberēt nāȝ cōeȝ. vȝ. nām veri generis. i. vniuoci generis, sequit̄ ēt ꝙ dr̄nt in gbusdā differentijs sup genus additis: ꝛ tunc infert. ergo quelibet ipsarū ex gn̄e ꝛ drīa cōponit̄; ꝛ addit illud qđ superius addebat̄. d. ꝛ qđcunqꝫ sic se hȝ nouū est sine dubio; ꝛ virtus rōnis cōponit̄ vt prius: pȝ ergo pͣma rō ꝛ theoremata conducta ex illa.

Sed dubitat̄ forteqꝫ qm̄ sicut declarat Auer. 10. meta. cō. 7. ex verbis Aristo. in oī gn̄e est dare vnum qđ est metrū: ꝛ mensura aliorū in illo gn̄e. ergo in spēbus oīs generis est ordo vel igit̄ eēntialis vel accn̄talis. Si eēntialis. ergo vna est cā alterius; ꝛ p cōsequēs genus nō erit vniuocū. Si accn̄talis, spēs nō differūt nisi p accidēs. ¶ Et dicēduȝ forte ꝙ ordo eēntialis est duplex. s. ṡm cāitatē ꝛ ṡȝ pfectionē eēntialē. dico ergo ꝙ ibi est ordo eēntialis pfectionis, non tn̄ cause ad causatū. ꝛ hoc ponit Auer. in scđo meta. cō. 2. ꝛ alibi. (Tādē) Nunc scđam apponit rōnem: ꝛ pōt in hunc modū cōponi. illud qđ est in fine cuiusdaȝ nature. i. per essentiā aliqua nā non cōmunicat cum aliquo in illa: sed prima cā est per eēntiā ens: ꝛ in fine. i. summū ens: ergo nō cōmunicat cum alijs in ente. huius ponit tantū maioris vim d. tandem qđ est in summa perfectione: opȝ necessario ꝙ sit vnū: naȝ si vnum nō esset: nō esset in summo gradu. ꝛ sic quasi resumit maiorē d. id qđ est in fine cuiusdā nāe nō cōicat cū alia in illa sup. ꝛ sic pȝ vis rōnis. (Et qꝛ.) Hic ponit cām erroris Aui. d. ꝛ qꝛ Auic. nō estimauit istā nāȝ mediā inter nāȝ sign̄atā cuȝ noib⁹ vniuocis: ꝛ nāȝ reruȝ: q̄ tm̄ noie cōicāt. i. qꝛ nō reputat mediū inter vniuocū ꝛ equocū. iō sequit̄ eū dictū argumētuȝ. s. ꝙ qꝛ nō est equiuocū. ergo vniuocū. ¶ Debes scire ꝙ illa rō secūda est multuȝ fortis si cōsideratur. ꝛ etiā in duabus consistit propositionib⁹: quaruȝ prima est ꝙ id qđ est in summo gradu alicuius rationis vel nature vel intentiōis adeo ꝙ per essentiaȝ capit totum ambituȝ eius: nō potest cōmunicare in eo vniuoce cum alio: ꝛ hec ꝓpositio est manifesta per se: qꝛ eniȝ humanitas nō est in summo: ꝛ per essentiam in Sor. ideo Sor. ꝛ Plato participatiue sunt homo, similr̄ si homo in summo ꝛ per essentiā esset animal: leo nō eēt animal: nisi participatiue: ꝛ nō formaliter: eo qꝛ si formaliter eēt animal: sicut ꝛ homo animal formaliter acceptuȝ nō plus eēt in homine q̄ in animali, ergo ꝓpositio dicēs. ꝙ id qđ est in summo gradu alicuius rōnis vel nature vel intētionis: adeo ꝙ p essentiā capit totū ambituȝ eius nō pōt cōicare cum alio in eo vniuoce; est manifesta per se.

Dubitatio.

Solo.

Duplex ordo eēntialis.

¶ Scda ꝓpō erit ꝙ deus est in summo gradu entis: ꝑ eēntiā capse totā pfectionē entis: ⁊ hoc est certuz cuilꝫ. ergo sequit̃ ex his duabus ꝓpōnibꝰ cōclusio. s. d. ꝙ deus nō pōt cōmunicare in ente cuz aliquo vniuoce: ⁊ tu cōsidera bñ has vias: q̃m si recte inspicis sunt multuz subtiles: ⁊ fortissime. argumēta aũt q̃ fiūt cōtra hāc pōnē Auer. sunt sophistica: ⁊ adeo metaphysicā cx̃neāt ꝙ ad sophisticā reduxerūt: fingunt enim quosdam terminos: quo s illi solum magnificant: ⁊ nec sunt dicti ab Aristo. nec ab aliquo sapiente. Et sic consumata sit expositio septime disputationis.

¶ Octaua disputatio Alga. cuz phls: in qua ondit ipsoꝝ debilitatez in eo ꝙ asserunt ꝙ esse dei est simplex sine q̃ditate.

¶ DVBIVM PRIMVM.



Jt Alga. in hoc tractanduz est dupliciter. Primo mō petitionis. vꝫ. q: petemus ab eis qualr̃ scitis vel asseritis hoc vel per necessitatē intellectus: aut a cōclusiōe speculata. Primuz est ipossibile: q: notū esset ab oībus: sicut sunt alie prime cogitatiōes. Opꝫ vos ergo ꝙ asseratis hoc ex aliqua speculata cōclusione. Et si forte diceretis ꝙ auctoritas ipsoꝝ hec est. vꝫ. si ipse deus haberet q̃ditatē oporteret ꝙ ipsiꝰ esse relatū sibi esset vel cā ꝯsequēs: sed q̃libꝫ cōsequēs est cātuz. ergo necesse esse essꝫ cātū: qd̄ est falsuz. Nos vero dicimꝰ ꝙ hec sophisticatio orit̃ a vocabulo necesse esse. Nos nāq3 dicimus ꝙ ipse deus hꝫ veritatez ⁊ quiditatez: ⁊ illa veritas est ens sine priuatiōe: ⁊ eius esse est relatiuū dicte q̃ditatis vel ꝯsequens. Sed si intēderemꝰ de cōsequēte causato qd̄ hꝫ efficiētez cām dicimꝰ ꝙ nō est sic: sicut de aliis. Tū de intētionibꝰ nō est curādū. ipsi eiꝫ aliud nō ꝓbauerūt nisi ꝙ pcessus causaruz ad infinituz est impossibile.

¶ Circa introductionē huius disputationis. primo declarabo titulū disputationis: deinde ad expōnez illius veniaz. ¶ Debes ergo scire q̃d sit esse. quidq3 q̃ditas. ⁊ dico ꝙ esse q̃nq3 accipit̃ pro q̃ditate seu eēntia: ⁊ sic dr̃. 6. topico. ꝙ diffō est sermo. d. eē: ⁊ sic et Auer. 8. meta cō. 15 ꝙ forme hñt eē in mā tot quot sunt in effectu. ⁊. 12. meta cō. 36. ⁊ 18. forme habent duplex esse. s. in mā ⁊ in primo motore. ⁊ sic cōcedit

Quid est eē ⁊ q̃d q̃ditas

ꝙ rosa in hyeme hꝫ esse. capiendo esse hoc mõ. qñqꝫ capit̃.i.esse pro cõpositione sbti ꝛ pdicati:vt dicit Ari.in pihermenias ꝙ verbū significat esse qḋ sine extremis nō est intelligere.illa enim compositio dicit esse:qꝛ esse est quo agēs educit cõpositū in actu:ꝛ qꝛ intellectus educit propositionē cõpositam ex subiecto ꝛ predicato in actu mediante illa vnione.ideo vnio illa esse propositiõis dici põt.vt declaraui in pmo posterioꝝ.in verbo Arist.dum dixit diffõnē nō dicere esse:neqꝫ nō esse.vide. Quādoqꝫ capit̃ eē pro forma.ꝛ sic capit̃ scḋo physicoꝝ cõmēto.30.vbi dr̃ ꝙ forma est cā materie pro quāto est eē eius. Quādoqꝫ capitur esse pro indiuiduo.vt dicit:ꝛ exponit Auer.tertio de aīa cõmēto.9.illud verbū.aliud est magnitudo ꝛ magnitudinis eē.vbi vult Auer.in cõmē.ꝙ eē potest capi pro indiuiduo. Ultimo capitur esse pro modo quodā essentie quo essentia ponit̃ in esse extra causas suas.ꝛ sic esse nō est aliud nisi ꝓprietas quedā qua res ponit̃ extra suas causas:ꝛ recipit absolute pdicationē entis:ꝛ sic loqtur Aristo. scḋo meta.ꝛ Auer.cõmēto illo.4.ꝛ.12.meta.cõmēto.51.vbi voluit ꝙ pmus est esse per eēntiam:ꝛ reliqua per pmū. Et cū cõsiderabitur oēs isti modi accipiēdi esse abscindētur innumere obiectiões: que primo aspectu imaginātur in dictis sapiētum. ¶ Dicendū ꝙ quiditas capitur ēt apud peripatheticos multiphariā.vno qdem mō pro eēntia cõtenta in potētijs causaꝝ. Quandoqꝫ capit̃ qditas pro diffõne: vt dī.7.meta.cõmētis.42.ꝛ.43. Quādoqꝫ pro vlī vt dicebā.tertio de aīa.cõmē.9. Quādoqꝫ pro forma sola:vt dī.7.metaphy.cõmē.21.ꝛ alibi.est enim forma qditas prout est pncipiū diffiniēdi.est etiā forma essentia prout est pncipiū essendi.est ēt quādoqꝫ forma nā prout est pncipium operandi.2.phy.ꝛ sic qditas capitur pro nā etiam. ¶ His visis dico ꝙ intellect⁹ disputatiōis est.vtrū deus sit cõposit⁹ ex quiditate:capiēdo qditatem pro vniuersali ꝛ eēntia ꝛ esse: capiēdo esse pro indiuiduo ꝛ mō essentie: quo essentia ponit̃ in effectu: ꝛ tunc qḋ potest esse duplex.an in deo cõpositio sit ex vlī ꝛ indiuiduo:sicut in forte.ꝛ scḋo an in deo sit cõpositio eēntie ꝛ esse: ꝛ lꝫ de hoc dictum sit in tertia disputatiõe:attamē vult dicere sermone separato.ꝛ sicut dico qḋ est partita:attamē magis vergit ad scḋm sensum. Et qꝛ eēntia est quodāmodo potētia ad eē ꝛ esse quodāmodo actus essentie.iō essentia põt capi pro māte eē pro forma:ꝛ hoc mō dicit Auer.3.de aīa.cõ. 14.ꝛ.5.ꝙ nulla intelligentiarū liberata est a mā preter pmam:ꝛ sic põt esse tertius sensus:an in deo sit cõpositio ex mā ꝛ forma hoc modo capiendo noīa.hec qdem qḋ est cõtinua septime:qm̄ cum ibi quesitū sit an deus sit in genere:quesitū est etiā latenter:an in eo sit cõpositio ex vlī ꝛ particulari.ideo cõsequēs erit perscrutari mō an sibi sit compositio ex esse ꝛ eēntia.possum⁹ itaqꝫ in deo rõnaliter quinqꝫ cõpositiones intelligere.s.in numero.v3.ꝙ sint plures dij:ꝛ plura necesse esse:pp qḋ ordinata fuit qnta disputatio:an.s.sit vnū necesse esse an plura. Possum⁹ ēt fingere in deo cõpositionē ex denoīatiõe.i.accidēte ꝛ subiecto.pp qḋ ordinata fuit sexta disputatio declarās scientiam dei nō est quid additum essentie. Possumus etiā ipsum imaginari esse in genere:ꝛ differre differētijs:ꝛ sic cõpositionē ex vniuersali ꝛ particulari:ꝛ hunc remouēs errorem ordinauit disputationē septimā. Possumus etiā imaginari in deo compositionē ex essentia ꝛ eē:ꝛ pp hoc

Multipli capit̃ quiditas.

Intellē disputatiõis.

est. ¶ Secūdo debes scire ꝙ deus nō pōt exercere opera hec nisi put
vnitur diuersis instrumētis vt motor: prout igitur vnitur seminibus
animaliū: vt sic anima dicit animatiua prout vnit radicib⁹ nālibus
ex quibus res nāles procreant. natura dicit: prout nulli corpori nulli
magnitudiniq; vnitur intellect⁹. prout omnib⁹ est p̄sens: sicut virt⁹
principis in toto exercitu prudens. ¶ Dicēdum itaq; ex his ꝙ cum
sperma in fundo matricis proijcitur: tunc deus vt motor animatiu⁹
appropriatur ei: ⁊ vnitur virtute illa ⁊ calore vt corpus formantibus:
⁊ sic co formato corpus animat: ⁊ sic Aristote. appellat virtutē illaȝ
que est deus diuinā: ⁊ lȝ de facto sit intellect⁹: attamē adhuc in hoc
opere vim ⁊ moduȝ hȝ intellectus: vt Auer. inquit. ⁊ hec est sententia
Auer. 7. meta. cōmēto illo. 31. si bene verba sua cōsiderent. Adhuc ⁊
Aristo. in scđo lib. de generatiōe animaliū. cap. 10. inquit. corpus aūt
geniture. i. sperma in quo semen aīalis principij cōtentiuū vna pro/
uenit: partim separabile a corpore in quib⁹ diuina pars cōprehendit
qualis est que mens appellat. partim inseparabile. i. ita corporeū: vt
nullo mō abstracti intellect⁹ subiectū est: ecce ꝙ plane ⁊ Aristo. his
verbis hanc opinionē apposuit. Ex hoc apparet qualiter argumēta
facta nihil sunt: ⁊ enthimema Auer. format in hoc: q̄m principiū dȝ cō
tinere totum esse principiati: ⁊ ideo si primus motor nō esset viuens
nō cōtineret esse eius: ergo nō posset esse principiū eius: aliter ens pos
set ex nō ente: ⁊ quodlibet ex quolibet euenire. ¶ Sed dices. ergo hec
Dubitatio. opinio Auer. nō differt ab illa Auic. ¶ Preterea in fine comēti inq̄t
ꝙ mouit Aristo. ponere intellectū separatū ratio virtutū spiritualiū.
Solo. ergo nō ponit intellectū esse principiū huius. ¶ Dicendū ꝙ differen/
Dr̄ia inter Aui. ⁊ Auer. tia horuȝ est: q̄m Auicē. colcodeā posuit ⁊ eam infimā intelligētiarū.
Auer. aūt vult ꝙ istud nō est necessariū: q̄m semen sufficit: ⁊ primus
motor vt aīa semini appropriata. ¶ Secūdo differt q̄m voluit Aui.
vt creator formarū esset intellect⁹: quo homo intelligit: Auer. autem
vult ꝙ intellect⁹ sit infima intelligētiarū: ⁊ positus ab Arist. pp intel
ligere tantū: ⁊ nō creare formas. ¶ Tertio differētia est: q̄m Aui. ait
propterea intellectū debere esse separatū: vt formas creet: Auer. aūt
ꝙ ideo est separatus: q: principium intellectionis.

¶ Et sic explicit expositio vndecime disputationis.

¶ Disputatio.12. Alga. cū phis est in eo qꝫ reprobat eoꝝ opinionē in eo qd dicūt qꝫ deus pticularia ignorat que tpali diuisiōe diuidunt.

¶ DVBIVM PRIMVM



Jt Alga, in hoc fere oēs phi cōtra dicunt: maxime opinātes deū tm̄ seipsuꝫ scire, adhuc alij pipathetici hāc opinioneꝫ sequunt manifeste. Auicē. eniꝫ q opinatus est qꝫ deus alia entia sciat expresse dicit qꝫ ea scit vnī mō nō aliquo tpe ingrediē te: ⁊ cuꝫ toto isto nulluꝫ superioꝝ entiuꝫ neqꝫ iferioꝝ ignorat; ⁊ sequit qꝫ sciat particularia aliquo mō. Uñ nos liuore vitatis cogimur d istis disputare: pp qd primo ducemus ipsoꝝ opinionē clare; postea vero eos arguemus. Inducamꝰ igit primo exēpluꝫ posituꝫ apud eos. s. qꝫ sol debeat eclypsari in quodā die futuro: postmoduꝫ lucere, ergo in dicta eclypsi tria tēpora inspiciēda sunt, vꝫ. tps in quo eclypsis est futura necessario. Et tēpus in quo erit pñs. Et tps in quo preteriet: pp que tria tempora diuerse tres oriuntur scientie numerales: ⁊ successiue in vnum sbm venietes que sine dubio inferunt scientis variatōeꝫ. Et ideo putant qꝫ nō est imaginanduꝫ qꝫ ipse deus tres istas cōprehendat. Scia nāqꝫ sequit scibile: quapp pmutato scibili, pmutatur scia: ⁊ pmutata scia pmutat sciens; sed ois pmutatio cauēda est a deo benedicto. quare dicūt qꝫ ipse deus scit eclypsiꝫ: ⁊ oia ipsius comitātia; sꝫ mō inuariabili: vtputa qꝫ sol est ⁊ luna: ⁊ qꝫ mouent cōtinue circulr: ⁊ qꝫ ipsoꝝ circuli abinuiceꝫ intersecantur in duobus punctis qui dicuntur caput draconis ⁊ cauda; ⁊ qꝫ ista duo luminaria obuiant sibiinuiceꝫ signatis temporibus in duobus predictis punctis. vꝫ. quādo luna interposita erit inter soleꝫ ⁊ circulos nostros ambobus existentibus in vno duoꝝ predictoꝝ punctoꝝ: ⁊ qñ luna dcm̄ locū petrā

sibit quãtitate termĩata lucet sol more solito: ꝛ sic al's ite/rabit eclypsari: ꝛ ideo talis scientia nõ infert pmutatonẽ in deo: neqꝫ variabilis reputari dꝫ. ꝛ sic silr dici põt de oĩbus nouitatibus a causis terminatis aduenientibus successiue vsqꝫ ad motuꝫ orbiuꝫ: cuius causa est celi aĩa que orbes mouet mõ desiderij assimilando se ipsi deo benedicto vel angelis. Silr dñt de diuisibilib⁹ reb⁹ mã ꝛ loco sicut sunt indiuidua hoĩuꝫ ꝛ alioꝝ aĩaliuꝫ: dñt. n. ꝙ ipse deus ignorat accñtia quorũlibꝫ ipsoꝝ particula/riter: sed scit hoĩem vlĩ mõ: ꝛ oĩa sua cõtingentia eodeꝫ mõ: ꝛ quõ suuꝫ corpus componit ex ppriis mẽbris vti libus pro oĩbus suis naturis: ita ꝙ nulla vlr ignorat: sꝫ particularia ꝛ indiuidua: vt sor. ꝛ calias: q: tm̃ abinuicẽ sensibiliter distinguunt: non tñ ab intellectu: ergo ipse deus sine dubio ignorat ea. hec est snĩa dicte opinionis: cũ qua euelluntur radices oĩuꝫ leguꝫ sectarũqꝫ stipites: etiã ab his liniunt cũcta verba pphetaruꝫ diuinarũ scri pturaruꝫ: ꝛ aufertur totalr oĩum fidelium spes. Quare conamur cuꝫ eis feruide litigare ꝛ pdicta absurda acer rime redarguere.

¶ Ut cõpleat oẽs ambiguitatẽs accñtes in scĩa primi. vult mõ Auer. adhuc inuestigare an deus singularia sciat: ꝛ pmo vt ɔsueuit Alg. inducit dubiũ. ꝛ ingt. Ait Alg. in hoc fere oẽs phi ɔtradicũt maxĩe opinãtes deũ tm̃ seipsuꝫ scire. ¶ Adhuc alij piparhetici hãc opinionẽ se/quũtur manifeste. Aui. n. q opinat⁹ est ꝙ de⁹ alia entia sciat sup. ex sex expsse dicit ꝙ ea scit vlĩ mõ: nõ aliquo tpe ingrediẽte. i. nõ sub dñia alicuius tpis. Adhuc ꝛ cũ toto isto ingt Aui. ꝙ deus nullũ supiorũ en/tium neqꝫ inferioꝝ ignorat: ꝛ inde sup. ɔcludit ꝙ aliquo mõ scit ptĩcu laria sup. saltem in vlĩ. (Unde nos). Hoc in loco cũ dixisset opinionẽ phoꝝ: vult cõtradicere eis. ꝛ pmo reddit cãꝫ sue ɔtradictiõis. ꝛ ingt. vñ nos liuore veritatis cogimur de istis disputare: pp qδ pmo induce mus ipsoꝝ opĩonẽ clare: postmodũ vo arguem⁹. (Inducam⁹ igif p.) Incipit mõ dicere. ꝛ ingt. inducam⁹ igif exẽplũ p positũ apud eos. s. ꝙ sol debeat eclypsari in quodã die futuro: postmõ lucere: ergo in dicta eclypsi sunt tria tẽpora inspiciẽda. s. tp̃s in quo eclypsis est futura necessario: ꝛ tp̃s in quo est pñs ꝛ tp̃s in quo preterijt: pp que tria tpa tres diuerse oriunt sciẽtie: ꝛ numerales ꝛ successiue in vno subiecto incidẽtes que sine dubio inferunt scientiis varietateꝫ. ꝛ inde conclu/dunt ꝙ non est imaginãduꝫ ꝙ deus ipse istas tres sciẽtias compreh̃ẽdat. ꝛ reddit rationẽ. d. scientia nãqꝫ sequitur scibile quapp permuta/

to scibili permutatur scientia: sed permutata scientia: permutatur sciens: sed omnis
permutatio amouenda est a deo benedicto: quare dicunt quod deus scit
eclypsis et omnia ipsius communiter. i. vniuersaliter. est ergo virtus syllismi omne sciens
particularia mutatur: sed deus non mutatur. ergo non scit particularia. maior
probata est: minor nota est. (Sed modo inuariabili.) Quia conclusit deum
scire communiter et vniuersaliter. illa ondit quomodo et inquit. scilicet modo inuariabili: verpote quod sol
est: et quod luna sit: et quod mouentur continue circulariter: et quod circuli ipsorum inter/
secant in duobus punctis: qui dicuntur caput draconis et cauda: et quod ista
duo luminaria obuiant sibi vnuicem signatis temporibus in duobus predictis
punctis. vz. quando luna interposita erit inter solem et oculos nostros ambo/
bus existentibus in vno duorum punctorum: et quando luna dictum locum pertransibit
quantitate terminata. i. parua lucet sol more solito. et sic alias iterabit
eclypsari. tunc concludit intentum. d. ideo talis scientia non infert permutationem
in deo: neque variabilis reputari debet. et tunc addit vniuersalem vnam propositionem. d. et
sic similiter dici potest de omnibus nouitatibus a causis terminatis euenientibus
successiue vsque ad motum orbium. cuius causa est anima celi que orbes mouet motu
desiderij assimulando seipsam deo benedicto vel angelis. i. intelligentijs trahentibus eas approbatis: similiter dicunt de diuisibilibus rebus: loco et materia sicut sunt
indiuidua hominum et aliorum animalium. dicunt enim quod ipse deus ignorat accidentia. i.
differentias accidentales quorumlibet ipsorum particulariter: sed scit hominem vniuersali modo. et
omnia sua contingentia. i. accidentia eodem modo et scit quomodo suum corpus componitur
ex proprijs membris vtilibus omnibus suis necessarijs. i. commodis. ita quod nulla
vniuersaliter ignorat: sed particularia et indiuidua sicut sunt sor. et calias: quia tantum
adinuicem sensibiliter. i. differentijs accidentalibus, sensibilibus distinguuntur:
non tamen ab intellectu. i. vt intellectu apprehendunt. ipse ergo deus sine dubio igno/
rat ea. Tunc summam dicit. hec est sententia dicte opinionis cum qua euelluntur
omnium radices legum sectarumque stipites: etiam his liniuntur cuncta verba
prophetarum et diuinarum scripturarum: et aufertur totaliter omnium fidelium spes:
quare conamur cum eis feruide litigare: et predicta absurda acerrime
redarguere. ¶ Debes scire vt Themi. inquit primo poster. cap. 46. qui — Nota.
scit causam per effectum impropriam et particularem scit scientiam: sed expo/
sitio cause. vt inquit. cur ita sit quicquid tota vniuersalium est: eoque non mo
do notitiam huius vnius defectus quem nunc patitur luna: sed simpliciter omnium
continet: nam interuentus terre non tantum huius defectus causa est: sed omnium
qui possunt omnibus seculis euenire. volunt ergo peripatetici quos Alga.
narrat: deum causam scire rerum. V. g. eclypsis lune scit causam pro
quanto scit omnia concurrentia ad causam eclypsis lune vel solis: et quia
causa continet vniuersaliter omnes effectus: vt Themi. inquit: ideo vniuersaliter
scit omnes eclypses et continentur in causa illa: sed quia vt particulares sunt
et extra causas cadunt in tempore: ideo fingunt deum ignorare eas et sic patet
sermo eorum. ¶ Adhuc debes scire et vt bene et iuste inquit Alga. istum — Propter
errorem debemus remouere propter multa: primo quoniam hoc verificato ra/ — multa remo
dices legum et sectarum stipites remouentur. secundo quoniam verba pro/ — uendum est
phetarum falsantur et diuinarum scripturarum. tertio aufertur spes omnium — deum particula
fidelium. amouebuntur radices legum et sectarum stipites: quoniam — ria ignora/
omnes leges omnes secte fundantur in hoc principio quod sit vnus primus omnium — re.
gubernator et auctor non tantum vniuersaliter gubernans immo et particulariter. ver/
ba prophetarum et scripturarum sanctarum: quoniam prophete loquuntur virtute dei
sublimis: et ergo debent loqui virtute cognitoris: quoniam cecus cecum ducens

ambo in foueã cadũt: vt pu̾erbio dr̃. Auferr̃ ẽt spes &c. qm̃ oẽs speramus ex meritis beatitudinẽ cõsequi. si ĝ nõ eẽt vnus bonoꝝ & maloꝝ iudex/ tota nr̃a spes eẽt frustra: pp qḋ diuus ille Aris. inq̃t. ꝙ deus est bona bonis distribuẽs & mala malis ĩ lib. de bona fortuna: & diuus ẽt Plato palã in oĩb⁹ ei⁹ dictis hoc ꝓ pͥncipio apposuit. q̃re ego nõ minori solertia hoc peripatheticoꝝ pctm̃ conaboꝛ exterminare ꝙ̃ Alg. ꝓponat facere: hicq̃ vitatẽ nr̃e legis ꝓm posse conaboꝛ cõpꝛobare.

ALGA. DVB. II



Jt Alga. peccata istoꝝ repꝛobãda sunt dupliciter: & pꝛĩo nãq̃ dicemus eis q̃re negatis dictũ dicẽtis. vz. ꝙ deus benedictus vnã habeat sciaꝫ: vt puta in eclypsi que infert scire eum anteq̃ꝫ scit: & qñ est & post transitũ: he em̃ variationes reducũt ad relationes nõ inferẽtes ꝑmutationẽ in sciẽtis ſbam: ita ꝙ repꝛesentet sum̃mã relationẽ. quidam em̃ homo põt permutare situm quẽ hꝫ cum alio. V.g. de dextra ipsius ad sinistrã vel ecõuerso: & sic successiue veniẽt in eũ relationes: & cuꝫ toto isto homo existẽs nõ ex hoc aliquo modo mutar̃. sic dꝫ intelligi in diuina sciẽtia. vz. ꝙ vna & eadẽ scia sit p̃terita ab eterno: & futura in eterno: & p̃sens sine permutatione aliqua in eodẽ. Id tñ qḋ dicũt ꝙ de necessitate mutatio sciẽtis sequitur variationem scientie: & variatio scientie sequitur variationem scibilis tp̃alis. vz. dependentis a pꝛeterito pꝛesenti & futuro. Dicimus ꝙ nõ est qd cõcessuꝫ: imo petẽdum est ab eis nõne põt homo scire aliqḋ futurũ nulla permutatiõe accidẽte in sciẽtia: vt dato ꝙ deus crearet nobis sciam aduẽtus soꝛ. in oꝛtu solis cras: & hec scia in nobis cõtinuaret: & non innouaret in nobis alia sciẽtia: tunc in oꝛtu solis scimus nos ex dictis pꝛecedẽtibus ꝙ ipse modo venire debet: & cũ eadẽ sciemus post suum aduentũ ipsum venisse. vnde pꝫ ex hoc ꝙ vna scia sufficit deo in cõpꝛehẽdere ista tria a tribus tp̃ib⁹ depẽdentia. Remanet ergo ꝙ id qḋ dicunt. vz. ꝙ relatio dependens a quodã scibili ꝓpꝛio ingredir̃ quiditatẽ: falsuꝫ est. Unde dicunt ꝙ variata relatione variatur res cui relatio sit eẽntialiter: & variata re. s. successiue peruenit mu/

tatio. Dicimus nāq; nos q si hoc esset verū isti sequerētur vestigia phoꝝ in eo qđ dicūt q deus non scit nisi seipsum: & q scire seipm idē est esse eius. si enim sciret hominem absolute vel aīal vel brutū absolute: & ista differunt duabus relationibus: ergo non potest verificari q scientia sit vna & eadē rerum diuersarū postq̄ relatum & relatio variant: & q relatio scibiliū est substantialis in sciētia: sequitur ergo ex hoc diuersitas & variatio nō numeratio tantū: scientia em̄ aīalium differt a scientia brutorum: & sciētia albedinis differt a scientia nigredinis: ergo variant manifeste: imo qđ plus: manifestū est q species/ & genera accidētia vniuersalia infinita sunt multitudine & diuersa: ergo satis mirandū est qualiter istorum scientia ingrediat vnam scientiā simplicē.

¶ Cum Alga. induxit opinionē peripatheticoꝝ: & eā declarauit hoc in loco vult eis contradicere soluēs qōnes eoꝝ & ingt. peccata istoꝝ reprobanda sunt. & pmo nāq; dicemus eis q̄re negatis dictū dicētis. vz. q deus bñdictus vnā habeat sciaꝫ: vtputa ī eclypsi q̄ infert eū scire illa anteq̄ sit: & qñ est & post trāsitū. qđ dicat hoc abnegare nō potestis: & reddit rationē: & inquit. hec enim variatiões reducunt ad relationes nō inferētes permutationē in sba sciētie: ita q. i. tali modo q illa sba repñtat summā relationē intātū q variet: sicut variant correlatiua.

¶ Debes scire q duplex est relatio: quedā realis simpliciter. s. a parte vtriusq; extremi: vt paternitas & seruitus: & hmōi non potest aduenire alicui nisi mutatione facta in aliquo: vel ppterea q in re cui aduenit apponit quid nouū saltē realiter: qm̄ si fiet filius: si pater nō mutetur mutatione absoluta saltē mutabit prout recipit aliqđ accidēs reale tenēdo relationē & fundamentū realr distingui pro nūc. Altera est relatio realis fm quid. i. a parte vnius extremi: & rōnis a parte alterius: sicut relo rei effecte ad creatorē: vt inquiūt theologi: & hmōi nullā penitus relinquūt mutationē in eo cui aduenīūt: pōt g in pposito dici q cū scia dei sit eē dei: & scibilia sint relationes rerū creatarum quātūcūq; res ipse mutent scia illa imutabilis semper erit cū relatio scibiliū ad dei scientiā sit relatio scđo mō preexposita: hoc aūt Alga. exemplo testat: & inquit. quidā enim homo pōt permutare situm quē hꝫ cū alio. V. g. de dextra ipsius ad sinistrā: vel ecōuerso. & sic successiue venient in eum relationes; & cū toto isto homo existēs. i. stans nō mutat ex hoc aliquo modo. i. aliqua specie motus. Silr debet itelligi in diuina scientia. vz. q vna & eadē scientia sit preterita ab eterno & futura in eterno & presens sine permutatione aliqua in eodē. (Id tamen qđ dicūt.) Cū declarauit moduꝫ & fundamentū quo possibile est estimare illā dei scientiā sine mutatione dei. hoc in loco persoluit argumentum Auic. & pmo pponit summam: & inquit. id tamen qđ dicunt

Duplex relatio.

ꝙ de necessitate mutatio scientis sequit̃ variationē scientie: ⁊ varia/
tio scientie sequit̃ variationē scibilis tp̄alis. v3. depēdentis a preteri/
to presenti ⁊ futuro. hec fuit ratio. absoluit ⁊ dicit. dicimus ꝙ non est
quid cōcessuz. vult dicere ꝙ totū est verū preter hoc. s. ꝙ mutatio scie
tie sequit̃ mutationē scibilis. verū est enim ꝙ si scia mutat̃ ⁊ sciēs: qm̄
scia in sciente existit: quēadmodū perfectio in suo perfectibili. Sed nō
sequit̃ ꝙ si scibile mutet̃ vt ꝓpterea ⁊ scia mutationē recipiat: ⁊ tan/
to maxime quāto scia est causa rei scite: qm̄ vbi scibile causa sit sciētie
sine dubio: bene sequit̃ permutato scibili ⁊ sciaz permutari: ⁊ hoc ostē
dit Alg. exēplo. ⁊ inquit. imo petendū est ab eis: nōne pōt homo scire
aliqd̄ futurū nulla permutatione accidēte in sciētia. vt dato ꝙ deus
crearet nobis sciam aduentus Socratis in ortu solis cras: ⁊ h̄ sciētia
in nobis cōtinuaret̃: ⁊ in nobis non innouet̃ sciētia aliqua vsq3 tūc.
Tūc in ortu solis scimus nos ex dictis p̄cedentibus. i. ex reuelatione
preaccepta ꝙ ipse modo venire d3 ⁊ cū eadē sciemus post suum aduē
tum ipsuz venisse. vnde patet ex hoc ꝙ vna sciētia sufficit deo in cōpre
hendere ista tria depēdentia a tribus temporibus. ¶ Tūc ad formaz
q̄ōnis respondens inquit. remanet ergo ꝙ id qd̄ dicūt. v3. ꝙ relatio
depēdens a quodā scibili ꝓprio ingredit̃ quiditatē. i. essentiaz scibilis
⁊ sciētie. falsum est vt ex his acceptū est. (Unde dicūt.) Adhuc vult
eis cōtradicere: ⁊ primo repetit dictū eoꝝ. ⁊ inquit. vñ dicūt ꝙ varia
ta ratione variat̃ res cui relatio sit essentialiter. i. variatur scibile: ⁊
variata re. s. successiue peruenit mutatio sup. in scia. ergo a primo ad
vltimū perueniet mutatio in ipso deo sciēte. huic argumēto non soluit:
qm̄ iam soluerat: sed obijcit eis ostēdens quid sequit̃ ad eos. ⁊ inquit
dicimus nāq3 nos ꝙ si hoc esset veruz: tūc isti sequerent̃ vestigia phoꝝ
idest peripatheticoꝝ veroruz in eo qd̄ dicūt ꝙ deus non scit nisi seipm.
⁊ dicunt ꝙ scire seipsuz idē est qd̄ esse eius: ⁊ reddit rōnem quare nō
pn̄t dicere aliter: ⁊ sua ratio cōsistit in hoc. deus non scit particularia
vt dicūt: neq3 vlia: ergo scit tantū se. scd̄az partē deducēs inquit. si em̄
sciret hoiem absolute: vel aial vel brutū absolute: ⁊ hec differūt duab⁹
relationibus: qm̄ sunt duo scibilia diuersa. ergo non pōt verificari ꝙ
sciētia dei sit vna ⁊ eadē rerum diuersarum: ⁊ reddit rationē. d. post ꝙ
relatum ⁊ relatio variant. i. qm̄ apud eos relatio variat scibile: ⁊ va
riatio scibilis variat scientiā. ergo si scibilia sunt multa: ⁊ sciētie erūt
multe. ⁊ hoc dicit. ⁊ q2 relatio scibilium est substātialis in scientia: vt
dicunt. sequitur ergo ex hoc diuersitas scientiarū ⁊ variatio: non nu/
meratio tantum: scientia enim aialium differt a sciētia brutoꝝ: ⁊ scia
albedinis differt a sciētia nigredinis. ergo variant̃ manifeste ⁊ addit.
imo qd̄ plus est: manifestū est ꝙ spēs ⁊ genera ⁊ accn̄tia vniuersalia
sunt infinita multitudine vel simpliciter vel fere: ⁊ sunt adhuc diuer/
sa: ergo satis mirandū est qualiter scientia istoruz ita diuersoꝝ ingre/
diatur vnam scientiā simplicē. Pōt ergo argumentū cōtra eos cōpo
ni in hūc modū: deus non scit singularia: eo q2 sequit̃ vario modo sue
substātie: eo q2 variato scibili variat̃ scia: ⁊ variata scientia variatur
sciens. Neq3 pōt scire vlia: qm̄ vniuersalia sunt multa ⁊ diuersa: sed
diuersitas scibilium diuersificat scientiā vt dicunt. ergo non pn̄t sciri
vna scia. ꝯñs est falsum. ergo deus neq3 vniuersalia neq3 particularia
scire pōt. ergo deus non scit nisi se. ⁊ sic redibit opinio peripatheticoꝝ

cōtra quā Auic. obiecit vt pz. Quare si deus pōt scire vlia vna sciētia
quātūcūq3 illa sint diuersa: et nō est abnegandū ipm scire singularia
vna scia numero sine mutatiōe eius: et hoc argumētū est demrātio cō/
tra Auic. ℂ Sed ambiget qs circa verbū Alg. an quidē relatio possit Dubitatio.
attribui alicui nulla mutatiōe facta in ipso: et dico in ipso qm̄ siue du/
bio relatio ois noua est vel pp nouitatez in ambobus extremis vel in
altero vel in aliquo tertio alio ab eis: vt Auer. inquit. 8. phy. cō. 6. 7.
8. et 9. Joā. ian. in lib. physic. qōnis sol. dedit. et inqt q relatio realis Pō Joan.
nō pōt esse in aliquo de nouo tanq̄ in subo nulla penitus trāsmutatio/ iando.
ne facta in ipso. scdo inqt q relatio bene pōt attribui alicui tanq̄ ter/
mino nulla penitus trāsmutatione facta in eo vt exēplo pbare nitit.
hoc vide. Primū pbat: qm̄ sicut de q̄litate: ita de relatiōe: s3 q̄litas nō
pōt attribui alicui tanq̄ sbo nulla mutatiōe facta in illo. g̃ nec relatio
pōt attribui alicui vt subiecto qu insit illi mutatio. adhuc nulla forma
realis positiua pōt alicui subiecto attribui nulla mutatione facta in
illo: a quo fm esse distinguit: sed relatio est forma realis particularis
distincta re et eē a subiecto. ergo vt prius. Adhuc ois forma qua acqui
sita res que subest illi aliter se hz q̄ prius acquiritur mediāte aliqua
mutatiōe: sed relatio est hmōi forma vt cōstat. quare et cē. ℂ Sed mihi Error Joā.
vi q Joā. errauit multū in hoc. si enim relatio eēt aliqua forma posi/
tiua distincta fm rem a fundamēto et termino: tūc ad ipsa3 nō tantū
esset mutatio: imo et verus motus. ꝯñtiam probo. et accipio q sor. sit
albus vt octo rome: Padue vero Plato incipiat albefieri. tūc arguo.
sicut successiue albefit: ita successiue assimilatur magis ac magis. ergo
sicut per partē post partem albefit: ita per partē post partem assimila/
bitur. ergo si similitudo sit forma positiua altera ab albedine: tunc
sicut albefieri est motus: ita et assimilari erit mot⁹. Scdo p̄ncipaliter
arguo. Auer. 6. physi. cōmen. 32. voluit q omne qd mouetur siue mo/
tu diuisibili siue indiuisibili sit per se diuisibile: et rationem dixit. qm̄
omne qd mouetur motu indiuisibili mouetur motu indiuisibili: qm̄
mutatio est terminus extrinsecus motus veri. arguo modo sic. omne
quod mouetur motu diuisibili vel indiuisibili est partibile: sed om/
ne qd recipit relationem nouam: mouet vel motu diuisibili vel indi/
uisibili. ergo omne recipiens relationem nouam erit partibile. con/
clusio est cōtra omnes: forma enim qñ fit apud ipsa3 est indiuisibilis
et tñ relatione noua refert ad agēs adhuc intellectus apud ipsum re/
latio noua refert ad intelligibile: et tñ non est diuisibile. tertio Auer.
4. phy. cō. 129. voluit q ois motus subitus sit terminus alicuius mo
tus successiui: vt illuminatio: s3 receptio relationis realis in subiecto
nō est terminus motus successiui: vt pz. ergo non est mutatio subita.
ℂ Ideo aliter dicēdū puto fm doctrinā Arist. et Auer. Ubi debes scire Pō ppria.
q ablato actu intellēs i relatiuis nō est formalis relatio. quēadmodū
eīn ablato actu intellectus in re nō est nisi indiuiduū: sic ablato actu
intellēs in relatiuis nō sunt nisi fundamēta actu que sunt potētia rela
tiua: per animam aūt inuicem actu referunt. ergo relationes viden/
tur esse entia in anima. et scda intellecta: et hoc est qd Auer. ait. 12. me/
ta. cōmen. 19. inquit enim relatio est debilioris eē alijs p̄dicamētis.
ita q quidam reputant ipsum esse ex scdis intellectis. i. ens rationis.
ℂ Scdo debes scire q ois relatio potētialis extra aīa3 cōsequit aliqd

qd acquirit per motū vel in se vel in suo correlatiuo vel in tertio. v. g. socrates albus vt octauo fit filis platoni ꝓpter mutationē platonis ex nigro in albū: vel ꝓpter vtrūq; si ambo albefiant: vel pp tertium: vt Auer. ait. 8. phy. loco suo. vniuersalr aūt dico ꝙ cā pōt referri ad effectū nulla penitus facta mutatione in cā: qm̄ cā nō refert ad effectum per se: sed qm̄ effect⁹ refertur in cāmt ⁊ iō cā nō refert ad effectū nisi eadē relatione qua refert effectus ad illam. ℭ Tunc dicendū ꝙ poſſe est relationē aduenire alicui subiecto. vel attribui alicui termino nulla mutatione successiua nec subita facta in subiecto. Scdo dico ꝙ poſſe est vna ⁊ eadē scia sciri scibile qd successiue variat de tpe in tēpus. primū manifestum est qm̄ relatio potētialis nihil aliud est nisi fundamentū: vt dixi. modo stat fundamentū remanere idē relatione acquisita in potētia. Adhuc relatio actu fit p aīam: sz ens rationis nō mutat rem: ergo pz primū verbū. ℭ Rursum ptz scdm: qm̄ sm Alga. ⁊ Auer. scia dei est cā rei: quare illa nō refert per se ad scibile: sed potius scibile refert ad illā: sicut ergo nulla mutatione facta in deo nunc dicitur agens ⁊ prius non. sic nulla mutatione facta in eo deus dicit sciens sortem existentē nunc: ⁊ per eandē sortē fuisse ⁊ ipsum fore: qr iste relationes referunt in deū: ⁊ deus ad relatiua illarū per accidēs. verū si scia dei esset causata a reb⁹ quēadmodū nostra: tunc quēadmodum scibile variatur sic ⁊ scia: qm̄ vbi esset causata a scibili scia per se referret ad scibile: ⁊ cōtra scibile ad sciam per accidens; vt Arist. ait ⁊ Auer. 5. meta. cō. 20. Qd igit relatio possit denominare subiectū nulla mutatiōe penitus facta in eo: Et ꝙ deus sciat entia sm variationē tempoꝝ: ⁊ nulla cōtingat variatio in eius scia sit dictū intantū. Argumenta Joā. nihil sunt: omnia enī supponunt fundamentū distingui sm rem a relationibus; ⁊ illud nō est ꝓbatum ab eo neq; modo est pñtis sermonis.

AVERROIS.



Nos dicim⁹ ꝙ oēs iste ambages sunt: ⁊ oriūtur assimilādo diuinā sciā humane scie qd sm veritatē nō cōicāt nisi equoce. Cōprehēsio enī humana est cōprehēsio a sensib⁹: neq; cōprehēsio indiuiduoꝝ: ⁊ cōprehensio vniuersaliū entiū sumit ab intellectu: ⁊ iō non est dubiū ꝙ cōprehēsio imitatur cōprehēsoꝝ mutationē. vn̄ dicim⁹ ꝙ respōdendū est sibi ꝙ poſſe est hic esse sciam cui talis est cōparatio scibiliū sicut est cōparatio relationum que in seipsis essentialr nō sunt relationes; sicut est dextra ⁊ sinistra in habentibus eas.

ℭ Auer. videt hoc in loco quasi rn̄dere argumēto Aui. sub mō apertiori. ⁊ inqt. dicimus nos ꝙ oēs iste ambages sunt: ⁊ ponit locum a quo sunt sumpte. ⁊ inqt. ⁊ oriunt assimilando diuinā sciam humane scie ꝙ sm veritatē nō cōicant nisi equiuoce: ⁊ hoc declarat. d. cōphēsio. n. humana est cōprehēsio a sensib⁹. i. cāta a reb⁹ sensibilib⁹. vz. cō

prehēsio indiuiduoꝝ: ⁊ iterū cōprehēsio vliū entiū sumit ab intellectu.i.causat a rebus sensibilib⁹ mediante intellectu agente. vult ḡ habere sciam nostrā causari aliquo mō a rebus scibilibus: ⁊ per ꝯñs scia dei est cā reruꝫ: tunc ad formā inq̄t. ⁊ iō nō est dubiū ꝙ cōprehēsio imitat mutationē cōprehensoꝝ.i.ꝙ variat nostra scia penes variationē scibiliū ⁊ nō econtra. (Unde dicimus) Nunc vlterius quasi declarādo adhuc ponit modū quō est scia dei.d. vñ dicimus ꝙ sibi.i. Aui. respōdendū ꝙ poße est hic esse sciam.i.esse in mūdo sciaꝫ in aliquo sciēte cui talis est cōparatio scibiliū.i.ad quē formalr cōparant scibilia: sicut est cōparatio relatiuoꝝ q̄ in seipsis nō sunt essentialr relationes.i.q̄ nō sunt relatiua p se: sꝫ p accñs: q: alia referunt ad ipsa sicut est dextrū ⁊ sinistrū in hñtib⁹ ea.i.in aīali respectu sup.colūne. Nota.

¶ Debes scire ꝙ scia nostra: q: causat a rebus scibilib⁹: iō ipsa refertur per se ad scibile: ⁊ q: scibile est cā scie nostre: iō nō refert ad sciaꝫ nostrā: nisi q: scia refert ad ipm. vt Arist. ait. 5. meta. scia vero dei est ecōtra. ipsa eniꝫ cū sit cā scibiliū: iō nō refert ad scibilia: nisi q: scibilia referunt ad eam: ⁊ sic per accidens: vult ergo dicere Auer. ꝙ scia dei se habet ad scibilia sicut colūna: qm̄ sicut colūna est dextra vel sinistra: q: animal est hmōi: sicut sciētia dei est relatiua.s. presens vel preterita vel futura: q: scibile est illius modi. ⁊ sic pꝫ perfecta sol. argumenti Alga. ⁊ Auic. ¶ Ambiges: quoniaꝫ Auer. 7. phy si. inq̄t. cō. 20. cognitio fit in nobis quādo trāsmutat per receptioneꝫ particularium ⁊ cōsiderationē eorum: qm̄ cum cōsideramus particularia fit ex hoc cognitio vniuersalis in nobis ſm relationē ad illa. s. ꝙ cuꝫ apud nos fit ex aliqua specie presens plusꝙ̄ vnum particulare: statim fit in nobis species vniuersalis absq̄ eo ꝙ in ipsa fiat trāsmutatio. Ex hoc arguo. illud qđ ſm se ⁊ essentiā ꝓpriam est permanēs: ⁊ nō variatur nisi relatiue nō est causatū a scibili. modo Auer. dicit sciam non causari nisi relatiue: quare ⁊c. Hoc habet videri in libro de intellectu. Dubitatio.

¶ Attamen pro nunc dicendū ſm hunc phm scientiā nō fieri de nouo simplr: sed habitudine ad nos: prout enim nos per indiuidua cogitata disponimur: applicatur intellectus ſm vniuersalia illius vel illorum. ergo scientia est noua mihi nō intellectui: sed vt est mihi noua causat a rebus: ⁊ hoc sufficit. sed scientia dei nec in se: neq̄ alicui est noua: ⁊ ideo est simplr causa rerum: ⁊ tu nō potes intelligere hoc nisi videas librum de intellectu. Solutio.

ALGA. DVB. III.



It Algazel. scđs vero modus quo possum⁹ obijcere eis talis est. vꝫ. ꝙ quicūq̄ phōꝝ dicat ꝙ deus vlia sciat oportebit eū cōcedere ꝙ ponat in eadē scia numerationē spērū: vnde sic similr pōt cōcedere numerationē scibilium sue sciētie in indiuiduis ⁊ comitantibus ipsorum.

¶ Proposuit Alga. cōtradicere Aui. duobus modis: cuꝫ ḡ expedit de vno alterū aggredit ⁊ inq̄t. scđs vero modus quo possumus obijcere eis talis est. ⁊ exponit illū. d. vꝫ. ꝙ q̄cūq̄ phoꝝ dicat ꝙ de⁹ vlia sciat

opoꝛtebit eum cõcedere ꝙ ponat in eadē scīa numerationē spērum.i. scibiliū in vl'i.l3 enī3 dicere ꝙ deus scit hoiem vl'em.lapidē vl'em.et sic de aliis.Tunc arguit.d.vnde sic ꝑhi possunt cõcedere numerationem suoꝝ scibiliū sue scie in indiuiduis et comitātibus ipsoꝝ.i.accidentibus eoꝝ.pōt ergo argui in hunc modū: sicut multiplicatio scibilium vl'ium nō multiplicat sciētias vniuersales:sic multiplicatio scibilium particularium nō d3 multiplicare scientiā eoꝝ: ergo argumentum Aluic.per huiusmodi est solutum.

AVERROIS.



Nos dicimus ꝙ hec verba sunt sine dubio sophisticatiões:q2 scīa indiuiduoꝝ sensibilis est seu phātasia et scīa vl'ium sumit ab intellectu.Rursus inouatio indiuiduoꝝ vel ipsoꝝ comitātiū duo infert.v3.ꝑmutationē cōpꝛehēsionis et ipsius numerationē.Et scīa spērum et generū nullā infert ꝑmutationē:qm̄ imutabilis est in se:l3 vl'is et particularis cōicāt in numeratione:id vero qd̄ dixit ꝙ qcūq3 ꝑhoꝝ cōcedat ꝙ vna et eadē scīa gnā et spēs cōpꝛehendat absq3 multiplicatōe seu diuersitate cāta a generu3 et spēru3 diuersitate.Dicim⁹ ꝙ ducit necessario ad concedēdū ꝙ vna et eadē scīa cōpꝛehēdunt indiuidua et ꝯtingētia cuiuslibet indiuidui.et hoc sil'e est dicto dicētis ꝙ vnus est intellect⁹ cōpꝛehēdēs genera et spēs. Quēadmodū opoꝛtebit ꝙ vnū gen⁹ simplex sit cōpꝛehēdēs indiuidua diuersa.Dico ꝙ oīa ista sunt verba sophisticalia:nomē.n.scie equocū est.S3 qd̄ dixit.v3.ꝙ multiplicatio generū et spērū infert scie multiplicationē.Dicim⁹ ꝙ verum est:vnde veri ꝑhi idcirco nō attribuūt deo benedicto sciam in particularibus neq3 in vl'ibus:scientia năq3 que tales habet cōditiones est sine dubio intellectus passibilis qui causatus est:modo pꝛimus itellect⁹ est purus actus:et eā quare nulla d3 fieri cōparatio inter diuinā sciam et humanā.Qm̄ enī3 alia nō intelligit ipas sibilis est:et inquātū alia entia efficit ꝑut ipse est pꝛim⁹ est scīa agens.Et declaratio ꝑhoꝛu3 est hec:cū declaratū fuit ab eis demrātiue ꝙ ipse de⁹ nō itelligit nisi seip3: ergo ipse est intellect⁹ nec io: et q2 est intellect⁹ inquātu3

intellect⁹:iõ ab ente aliquo depẽdet:nõ tñ ex priuatiõe. vñ qcũqз fecerit demõstrationẽ ꝙ nullũ aliḋ sit ens: nisi ista entia q̃ a nobis itelligunt: nõ est ita:qm̃ necessaria demõstratiõe declarat ꝙ intellect⁹aliqs est qui depen/det ab ente:a priuato enim impoſſe est ꝙ depẽdeat:neqз hic aliud ens reperiat:ꝛ iõ opз ꝙ intellect⁹depẽdeat d̃ aliquo istoꝝ entiũ.Unde aut depẽdet d̃ eo modo depẽdentie nostre scie in eis:aut nobiliori mõ.primũ est falsum:remanet ergo ꝙ dei scia depẽdeat de ente mõ nobiliori nostre scie:dependentia.n.scie nostre est qñ res equatur ad itellectũ:vnde si dei scia nobilior est nostra ergo depẽdet de ente mõ nobiliori quo nostra scia de/pendet de ente.ꝛ si sic:ergo ens duas hз entitates. vna nobilis.alia vero vilis:ꝛ nobilis cã est vilis: ꝛ hoc ẽ id qḋ dicebãt aliqui antiquoꝝ.vз.ꝙ deus est omne.


¶Cũ induxit scd̃m modũ Alg.cõtra Aui.hoc in loco vult videre qd veritatis cõtineat:ꝛ qd nõ.ꝛ inqt.dicũn⁹ nos ꝙ hec verba sunt sine dubio sophisticatões. ꝛ rõnẽ reddit.d.q: scia indiuiduoꝝ est sensibilis.i.sensatio seu phãtasia:ꝛ scia vliũ est ab intellectu.primuз ergo peccatũ Alg.est:qm̃ ipse nõ bñ accepit locuз silitudinis:qm̃ scia dei circa vlia est intellect⁹ꝛ spũalis.Nostra vero circa indiuidua est sen/sus ꝛ imaginatio:g̃ hic est loc⁹sophistic⁹penes equocationẽ sumpt⁹. (Rursum)Cum ondit locũ erroris:vult hoc ĩ loco ondere in quo accepit silitudinẽ.ꝛ inqt.rursum inouatio indiuiduoꝝ vel ipsoꝝ comitãtium duo infert.vз.pmutationẽ cõprehẽsionis:ꝛ numerationẽ ipsi⁹: vult dicere ꝙ variato ĩdiuiduo variat ꝛ cõprehẽsio ei⁹:ꝛ ẽt numerato illo numerant ꝛ cõprehẽsiones:ꝛ scia spẽruз ꝛ generũ nullã infert pmutationẽ:qm̃ ĩmutabilis est in se:g̃ dria est:ponit tñ ↄueniẽtiã.d. lз vlis ꝛ pricularis cõicãt in numeratiõe.i.ↄueniũt penes numerũ: qm̃ numerato scibili in vli numerat ꝛ scia:g̃ scia rei vlis ꝛ indiuidui cõicãt ꝛ differũt.cõicant quidẽ:quoniã quẽadmodũ scientia indi/uidui multiplicat multiplicato scibili:sic ꝛ sciẽtia vniuersalis multiplicatur multiplicato vniuersali. Differũt aũt qm̃ scia vlis est inua/riabilis:qm̃ est rei iuariabilis:ꝛ ab itellectu q est iuariabilis. Cõpre/hensio indiuidui est mutabilis:qm̃ est rei trãsmutabilis ꝛ in potẽtia trãsmutabili:ꝛ sic pз locus silitudinis ꝛ locus dissilitudinis.(Id vͦo) Hoc in loco narrat oĩa v̑ba Alg.scd̃o ibi(Dico ꝙ oĩa)Ostendit in q̃ errauit.inqt g̃.id vero qḋ dixit ꝙ qcũqз phoꝝ ↄcedat ꝙ vna ꝛ eadeз scia de⁹cõphẽdat gnã ꝛ spẽs absqз multiplicatiõe cãta a diuersitate generũ ꝛ specieꝝ:ꝛ ad qḋ dicit Alg.sic dicim⁹ ꝙ ducit necio ad cõce/dẽdũ ꝙ vna ꝛ eadẽ scia pñt cõphẽdi ĩdiuidua ꝛ ↄtingẽtia.i.accñtia cuiuslз ĩdiuidui.ꝛ addit Alg.ꝙ h̄ dictũ sile ẽ dicto dicẽtis ꝙ vn⁹ est intellus cõphẽdẽs gnã ꝛ spẽs: quẽadmodũ oз ꝙ vnũ gen⁹ simplex

sit cõprehẽdens.i.cõtinẽs in diuidua diuersa.hec fuit snia Alg.& verba sua que dz legi suspẽsiue vsqz huc.(Dico q oia)Quibus rndet.d.dico q oia ista sunt verba sophisticalia&rõnez redit.d.nomẽ.n.scie equocũ est.s.de scia singulariũ & vliũ dictũ.¶Debes scire q ibi est multiplex locus equocatiõis:vnus quidẽ sumptus penes pfectum & impfectũ.scia eniz vlium est pfectio: essentialr scia singulariũ. Secũdus penes cãm & causatũ:quoniaz scia vlium vr quodãmodo esse cã finalis & vltima scie particulariũ:scia.n.singulariũ ordinat ad sciaz vlium:vt Auer.dicit in tertio cõ.30.& cõ.6.&.5.Tertius gradus est penes dñias:qm̃ cõprehẽsio indiuiduoꝝ est sensitiua.cõprehẽsio vlium est intellectiua.Quart⁹ est penes genus:qm̃ generabili & ppetuo non est vnũ cõe genus:vt Auer.inqt.10.meta.cõ.vltimo.ergo scia vliuz & scientia indiuiduoꝝ simplr & penitus equiuocant sub nomine comprehẽsionis:& cũ res sit ita:verificatũ est dictum Auer.cõtra Alga.(Sed id qd)Cum cõtradixit ei in duob⁹ principalr.hoc in loco ostendit id in quo bñ dixit.& inqt.sed id qd dixit.vz.q multiplicatio generum & specierũ infert in sciente multiplicationẽ.i.distinctionẽ scientie.dicim⁹ q verũ est:& hoc oñdit testimonio.& inqt.vnde veri phi.i.periparhetici idcirco nõ attribuũt deo benedicto sciam reruz in particularibus:neqz in vlibus:& reddit cãm.d.scia nãqz que tales habet cõditiones:quas sup.habẽt particularis & vlis scie est sine dubio ipsius intellectus potis qui causatus est sup.a rebus intelligibilib⁹ aliquo modo:vt iam dictũ est/disputatiõe tertia.modo diuinus intellectus est purus actus:& cã.ppter qd infert quare nulla dz fieri cõparatio inter diuinã sciam & humanã.est ğ syll's:inter cãm & cãtũ nõ dz fieri cõparatio maxĩe qñ sunt equoce dicta.sz intellectus dei & noster intellectus sunt sicut cã & cãtum equiuoca cãlitate:ergo nulla debet fieri cõparatio.ppõnes hu⁹ sylli ex verbis eius patẽt.(Quoniã.n.)Ex his oñdit nãm intellect⁹ diuini.& inqt.qm̃ eniz alia.i.entia extra se nõ intelligit.s.recipiẽdo cognitionẽ ab eis inpassibilis est.i.nõ receptiuus.& inquantũ alia entia efficit .put ipse est prius:vt sic est scientia agens:ergo deus nõ est intellect⁹ potis:sed forte est itellect⁹ agẽs:

Nota. vt Auer.hoc in loco dicere videt.¶Debes scire vt.3.de aĩa.dictum est.cõ.14.q ois intellect⁹ intelligẽs aliud & diuersũ est recipiẽs:qm̃ oẽ intelligẽs aliud pficit ab itelligibili:oẽ qd pficit ab itelligibili est receptiuũ:& qdãmõ in potẽtia respectu illius:ğ i pria figura:oẽ itelligẽs aliud ẽ receptiuũ & in potẽtia:& iõ cõcludit Auer.ibidẽ.q nulla intelligẽtia est liberata a potẽtia receptiua pter primã:qm̃ qlibet intelligit aliud:vt cõ.5.etiã dixit.deus ergo est intellect⁹ nõ intelligẽs nisi se.& p oñs nõ nisi itellect⁹ agẽs(Et dclaratio)Quoniã Auer.accepit q primus intellectus est cã intellect⁹ nostri.ideo primo ostendit duos esse intellect⁹.scdo ibi.(Unde aut)Ponit dñam illoꝝ.tertio ibi(Et si sic)Concludit ppõnẽ.s.q prim⁹ intellect⁹ est cã nñi itellect⁹ inqt.& declaratio phoꝝ est hec.cuz declaratũ fuit ab eis dmõstratiue q ipse deus nõ itelligit nisi seipm̃:tũc hñt cõclonẽ.s.q ipse est intellectus necessario:tũc ostẽdit quõ itelligit.d.& qz est intellect⁹ inquantũ intellect⁹ dz ab ente aliquo.i.dũo cõparaf ad ens ea cõparatõe qua intelligẽs cõparaf ad intelligibile:nõ tñ dz depẽdere sup.ex puatiõe idest dz itelligere rẽm priuatõe cõsistentẽ.s.entia gnãbilia.Et debes scire

scire q hic est vnus modus loquēdi arabū.dicūt.n.agēs depēdere de actiōe:qñ agens agit illaz vt p3 in visu verboꝝ Auer.7.meta.cō.31.⁊ alibi.sic in ꝓposito intellect⁹ depēdet de ente.i.versari ipsū3 eir ca ens intelligit.(Unde quicūqꝫ.)Et qꝛ ita est:cōcludit peccatū anti/quoꝝ qui genus entiū separabiliū abscindūt:sicut epicurij:⁊ tenē/tes sensum eē intellectū.⁊ inquit.vnde quicūqꝫ fecerit demonstratio/nem q nullu3 aliud sit ens nisi ista entia que a nobis intelligunt.i. q nō est nisi genus entiu3 sensibiliu3.Dicendū sup.est q nou sit ita: qm̄ necessaria demonstratiōe declarat q est aliquis intellect⁹.s.sepa ratus a materia qui depēdet dē ente.i.qui intelligit:ens eni3 pro qm̄ a priuato.i.ab ente variabili impossibile est vt dependeat.sed omne ens aut est priuatio aut ens absolutū:pp qd dicit neqꝫ h.i.in mundo aliud ens reperitur nisi.s.absolutū aut priuatio.ideo op3 q intelle/ctus dependeat de aliquo istoꝛu3 duoꝝ entium.s.aut priuato aut ab/soluto:⁊ cum non de priuatiōe:ergo de absoluto.(Unde aut.)Nunc ostendit differētiā illoꝝ duoꝝ intellectuū.d.vñ aut dependet de eo.i. ente mō depēdētie nostre sciētie in eis que intelligim⁹:aut nobilioꝛi mō.pmū est falsu3 vt p3.remanet ergo q dei scia depēdeat de ente mō nobilioꝛi nostre scie:depēdētia.n.nostre scie est qñ res equat ad intellectū.i.perficit ipsu3 in genere cause formalis:vnde.i.ergo si dei scia est nobilioꝛ nr̄a:ergo dependet de ente mō nobilioꝛi.(Et si sic.) Et tunc cōcludit peccatū antiquoꝝ ad ꝓpositū.⁊ inquit.⁊ si sic.ergo ens duas h3 idētitates:quarū vna est nobilis altera vero vilis:⁊ tūc inquit.⁊ nobilis est cā vilis.quare sup.deus est cā oīu3 intelligibiliū ⁊ intellect⁹ nostri:⁊ pōt syllus sic cōponi.oē nobili⁹ pcēntia3 ⁊ pur⁹ intell's cā viliū ente priuato ⁊ pticipāte:sed de⁹ est nobiliꝰ ēntia3: ⁊ hec sunt priuata ⁊ participātia.ergo deus est cā oīum:⁊ tūc verifi/cat dictū antiquoꝝ:dicēs:⁊ hoc est illud qd dicebāt aliq antiquoꝝ.s. vt Parme.⁊ Melissus.v3.q deus est oē.Inquit.n.Lucreti⁹ poeta vetustissim⁹:oīs per se diuū nāneccesse est.Immoꝛtali euo summa cū pace fruaf.⁊ Lucan⁹.Juppiter est qdcūqꝫ vides ⁊c.⁊ multi alij anti/quoꝝ quos narraui supius.hoc ergo Auer.εficat nūc volēs eos itel ligere deū eē oē:put est cā oīu3 ɔtinēs in se pfectiōes oīu3:vt Plato declarat in lib.Parmenidis de vno oīum reꝝ principio.

ALGA. DVB. IIII.



IIt Alga.nos promissimus dicta3 opiniones reprobare duobus modis:quoꝛu3 primus ostēsus est.scōs vero hic est.Dicemus eis quare vobis cauetis q ipse deus sciat parti cularia:q si dicatis q talis sciētia inferat permutationē: ⁊ nos iam opinati eramus q hec species permutatio/nis nō aufert ab eo demōstrationē:qñ eni3 dicebāt an/tiquitus aliqui q scientia innouataru3 rerū est noua nō fuit eis reprobatū:nisi qꝛ id qd permutabile est sepissi/

me patitur mutationes: et illud quod sic se hꝫ est nouū non antiquū: sed apud nos qui opinati sumus ꝙ mundus est ab eterno: et ꝙ semper est permutabilis: nō deberet esse incōueniens id qđ dcm̄ est rc̄.

¶ Quia Alga. fecit qđdā ꝓmissū: ideo nūc vult illud exequi. et ꝑmo inquit. nos ꝓmisim⁹ dictā opinionē reprobare duob⁹ modis: quorū primus ostēsus est. scđs vero sit h quē dicā. (Dicem⁹ eis.) Promissū absolui[illegible]emus eis: quare vobis cauetis ꝙ ipse deus: sciat ꝑticularia: hec est Alga. a phis expostulatio. Et statī apponit r̄nsum et inquit. ꝙ si dicatis ꝙ talis sciētia infert ꝑmutationē. i. ꝙ si causā reddatis: eo qꝛ oē sciens indiuidua est ꝑmutabile: deus nō est mutabilis. ergo in scđa figura/ deus nō scit indiuidua. obijcit statī: et inqt. si sup. sic dicatis. et nos sup. r̄ndem⁹ ꝙ opinati eramus ꝙ hec spēs ꝑmutationis nō aufert ab eo demōstratiue. et dixit (ꝙ hec spēs permutationis rc̄.) Qm̄ hec alteratio est ꝑfectiua: et lꝫ in rei veritate deo non cōueniat: tn̄ demonstratiue nō potest probari deum illa carere. vt visum est loco suo. et hoc exponit. d. qn̄ enī dicebāt antiquit⁹ aliqui ꝙ scientia inouatarū rerum est noua: non fuit eis hmōi permutatio in deo eis quid reprobatū. apponit tn̄ que permutatio deo incompetēs est. d. nisi qꝛ id qđ permutabile est sepissime patitur mutationes: et illud qđ sic se hꝫ ē nouū nō antiquū. Uult ergo dicere ꝙ talis permutatio est ei incompetēs que ponit ipsū sepissime variari: qm̄ illud qđ sic se hꝫ est nouū: cuiusmodi nō est deus. Apponit modo sol. et inquit. sed apud nos sup. phos qui opinati sumus ꝙ mundus est ab eterno: et ꝙ semper est ꝑmutabilis ꝑm partes nō deberet esse incōueniēs illud qđ dictum est rc̄. ¶ Debes scire ꝙ si dicatur mundū esse nouū nō potest dici deum variari de comprehēsione in comprehēsionē: vt Alga. inquit. qm̄ hmōi mutatio reddit deum inouari. Sed si apponatur mundus eternus variabilis: tn̄ ꝑm ptes cōtinue: et tunc oīno pōt fingi deū variari alteratiōe de vna sciā in alterā. qm̄ semp sicut mūdus remanet idē numero: sic et deus. Ecce quō Algazel obijcit phis: sed quō sit istud in sol. Auer. apparebit.

Nota.

AVERROIS



Nos dicimus ꝙ horū verborū sententia est ꝙ ipse altercauit cū phis iuxta ipsorū dicta: non iuxta ꝙ res se habēt in se: et ait sic. Uos ponitis vnū antiquū in quo nouitates perueniunt. s. orbem: cur ergo negatis ꝙ primū antiquū. s. deus nequeat nouitates pati? nam aliqui loquentiū hoc negarent: qꝛ qđcūqꝫ sic se haberet/ esset necessario nouū. Et nos dicim⁹ ꝙ hec altercatio est dialecticalis: quedā enim sunt nouitates que in antiquū subiectū non ad/

ueniunt: vt que permutant sibi substãtiã. sunt ꝛ nouitates alio mō. vz. ꝙ non mutant substãtiã subiecti: vt motus ꝛ locus mobilis corporis: ꝛ splendor effulgentium corporũ. et sunt aliqua entiuz antiquorũ que motuz aliquem non patiuntur: neqꝫ aliqualr̃ innouantur: vt sunt ĩtelligẽtie. sunt etiã aliqua que motus passionẽ recipiũt vt orbes q̃ sunt corpora antiqua. ¶ Prelibatis igit̃ istis patet aperte ꝙ Alga. altercatio nihil fuit: q: phorũ intentio est de antiquo incorporeo. Post vero dictã altercationez redarguit eos alio mō dicens. Et si forte cauerent sibi phi cōcedere ꝙ deus habeat nouã scientiã: q: illa scientia nō euaderet quin esset a seipso: aut ab alio. si a seipso. ergo nouuz ꝓcedit ab antiquo: qđ nos negamus. Dixit Alg. nos vero dicim⁹ ꝙ ſꝫ vos noua ꝓcedũt ab antiquo: vt supra dcm̃ est de corpore supercelesti: qđ est antiquuz apud eos. Nos vero dicimus ꝙ phi facile possunt euadere a redargutione Algazelis hoc modo vz. ꝙ nouum nequit ab antiquo procedere absolute: sed bene ꝓcedit ab antiquo in sba: qđ est nouũ in suis motibus: vt corpus celeste. quapp corpus supceleste reputatur apud phos tanq̃ mediuz inter antiquuz absolute ꝛ nouuz absolute: q: quodãmodo est antiquuz: quodãmō vero est nouum: ꝛ istud antiquuz est sine dubio motus supcelestis qui apud eos est antiqu⁹ in spẽ: nou⁹ quoqꝫ in ptibus: ꝛ iō inquantũ est antiqu⁹ ꝓcedit ab antiquo: ꝛ rōne suaꝝ partiuz ꝓcedũt ab eodẽ infinite nouitates: quare notanduz est ꝙ phi sibi cauent attribuere prime cãe nouitates: q: nō est corpus: ꝛ nouitates nō veniunt nisi in corporib⁹: receptio eniz nō reperit̃ nisi in corpe: q: id qđ nuduz est ab oĩ mã nihil recipit.

¶ Nunc Auer. exponit verba Alg. pulchre. ꝛ inquit. dicimus nos ꝙ horuz verboꝝ sñia est ꝙ ipse altercauit cum phis iuxta ipsoꝝ dicta. i. quãtuz ad ea que cōcedunt: nō iuxta ꝙ res sic se habeãt in se. i. nō disputatione absoluta. ꝛ ait sic. vos ponitis vnum antiquũ in quo nouitates perueniunt. i. qđ adhuc subest nouis motibus. s. orbe. i. corpus celeste motum eterno motu. Cur ergo negatis ꝙ primum antiquum scilicet deus nequeat nouitates pati: nam aliqui loquentium hoc nes

garent: q2 quodcūq3 sic se hȝ est necessario nouū: ⁊ deus nullo mō est
nouus: sed sup. vos peripathetici hoc nō negare potestis: qm̄ dicitis
Pō theologorū. ꝙ mundus est eternus: ⁊ eternū pōt variari. ¶ Debes scire ꝙ ex ꝓnci
pijs diuersis diuerse sequūtur ꝯclusiones. Theologi. n. ponūt ꝙ nullū
Pō pipatheticorū. eternū recipere pōt nouitatē: qm̄ eternū. ⁊ ideo ponūt omne factū eē
factuȝ in tēpore. ⁊ sic ponunt solum deum eternū. peripathetici vero
ponunt deum eternū ⁊ mundū eternū: ⁊ aliqđ eternū variationē su/
scipere. ideo diuus Alga. petit hoc in loco. O vos peripathetici: sicut
cōceditis celuȝ eternū posse variari s̄m locuȝ: cur nō cōceditis deum
posse variari alteratiōe de vna scientia in altera: qm̄ oīa eterna sunt
vnius rōnis: ⁊ quecūq3 sunt vnius rōnis sic se hn̄t ꝙ quicqđ nō repu
gnat vni nō repugnat alteri: vt Auer. inquit in. 2. celi. cō. 49. ergo si
vnum eternū pōt moueri ⁊ alterū: ⁊ sic nō maior rō videt̃ de ipso or/
be ꝙ̄ de deo. (Et nos dicimus.) Auer. videt̃ absoluere. q. Alga. ⁊ in/
quit. ⁊ nos dicim⁹ ꝙ hec altercatio. s. Alga. cuȝ peripatheticis est dia
lecticalis. i. ex probabilib⁹ argumētis cōducta. ⁊ reddit cām. d. que/
dam eiȝ sunt nouitates que in antiquū subiectū nō adueniūt vt que
permutant sibi sbam. i. vt altercatiões corruptiue sunt: ⁊ nouitates.
alio modo ꝙ nō mutant sbam subiecti: vt motus ⁊ locus mobilis cor
poris: ⁊ splendor lucētium corporū: Et sunt aliqua entiuȝ antiquoꝝ. i.
de numero eternoruȝ que motū aliquē. i. nullam spēm motus patiū/
tur: neq3 aliqualr̄. i. aliqua spē nouitatis inouant̃ vt sunt intelligen/
tie. Prelibatis igitur his ptȝ aperte ꝙ Alga. altercatio nihil fuit q2
phorū intentio est de antiquo. i. eterno incorporeo. i. ꝙ q2 deus est
Dubitatio. sba separata: ideo nullo mō patitur. ¶ Sed ambiges qm̄ Auer. non
absoluit. q. quare eniȝ deus nō pōt mutari spiritualr̄: sicut corp⁹ eter/
num corporaliter de loco ad locum: hoc inquā Auer. nō absoluit. Iō
solutionē non dedit: qm̄ superius eam aperte dedit: declaratū est. n.
superius: qm̄ substātia pura nō pōt recipere nouuȝ nisi sit sba in mā.
¶ Adhuc dictuȝ est. oē nouū extrahi de potētia ad actum ab aliquo
agente priori: mō nullum est agens deo prius: quare deus nō pōt no/
uam alterationeȝ recipere. ¶ Adhuc visum est oē recipiens eē in po/
tentia: ⁊ ꝙ deus nō sit in potentia sat exposuit. ergo pp hec Auer. tm̄
sol. narrauit nō apponēs cām eius: vt cōstat. (Post vero.) Inducit
⁊ aliud motiuū. ⁊ primo inquit. post vero predictaȝ altercationē re/
darguit eos alio mō. d. ⁊ si forte cauerent sibi phi ꝯcedere ꝙ deus ha
beat nouaȝ sciam: qm̄ illa sciētia nō euaderet quin esset a seipso deo:
aut ab alio sup. causata. si a seipso. ergo nouū procedit ab antiquo. i.
illa altercatio erit a deo qui est eternus: qđ nos negam⁹. ⁊ sup. si ab
altero. ergo dabit̃ agens prius deo. Responsionē Alga. inducit. ⁊ in/
quit. dixit Alga. nos vero dicim⁹ ꝙ s̄m vos noua ꝓcedūt ab antiquo:
vt dictum est de corpore celesti qđ est antiquū apud ipsos: ⁊ tn̄ ab eo
ꝓcedūt oēs effect⁹ noui hui⁹ mūdi. (Nos vero.) Auer. absoluit argu
mentū Alga. ⁊ inquit. nos vero dicim⁹ ꝙ phi facile pn̄t euadere a re
dargutione Alga. hoc mō. vȝ. ꝙ nouū non pōt ab antiquo absolute. i.
simplr̄ eterno procedere: sed bene pōt ꝓcedere ab antiquo in sba: qđ
est nouū in suis motib⁹: vt corpus celeste. Ideo cōducit theorema. ⁊
inquit: quapp corp⁹ celeste reputat̃ apud phos tanꝙ̄ mediū inter an/
tiquuȝ absolute. i. simpliciter inuariabile ⁊ nouum absolute. q2 quo/

dámodo est antiquū.s.in sbā:quodámodo vero nouum.s.in motu: & istud antiquū est sine dubio motus supcelestis qui apud eos est anti/quus in specie: nouus in partib⁹.& ideo inquátū est antiqu⁹ proce/dit ab antiquo:vt sic non agit nouū:& rōne suarū partiū procedunt ab eodē infinite nouitates.(Quare notādum.) Ultimo resumit viz solu.& inquit.quare notádū ꝙ phi sibi cauēt attribuere prime cause nouitates.i.hñt cām:cur prima cā simpliciter non pōt transmutari. Et syllogism⁹ pōt sic cōponi.oē recipiens nouá mutationē cuiuscūq3 speciei mutatiōis est corpus vel virtus in corpore:qm̄ vt inquit:rece ptio nō reperit nisi in corpore.sed prim⁹ motor nec est corp⁹ nec vir tus in corpore.ergo primus motor nō pōt recipere nouá mutationē cuiuscūq3 speciei mutatiōis: huius accepit minorē:& inquit.q2 nō est corpus.sup.neq3 virtus in corpore.hec est minor.& subdit maiorē.d.& nouitates nō veniunt nisi in corporib⁹.hec est maioris vis.& subdit cám.d.receptio enim nō reperit nisi in corpore.quare id qđ nudū est ab omni mā nō recipit. ¶ Sed ambiges satis rōnabiliter: qm̄ sicut corpus in eo ꝙ corpus eternū caret potētia ad esse apud Auer.& in eo ꝙ corpus est potētia ad vbi.ita dicā de alijs intelligētijs:preter pri/mā saltem.s.ꝙ carent potētia corporali:& ad esse:non tñ carent po/tentia intellectiua ad receptionē spiritualē: lz enim prima non possit recipe:q2 caret potētia corpali & spirituali:cū simplr sit liberata a po tentia:cū sit pma simplr:& cā oīum entiū:attñ alie pter ipsam sunt in potentia receptiua:vt Auer.inquit in.3.de aīa.cō.14.&.5.ergo nō pōt euadere quin sint trāsmutabiles saltem trāsmutatiōe spirituali.ergo adhuc qđ est insoluta de alijs intelligētijs:hoc argumēto tenēt theo logi nostri intelligētijs nō repugnare nouā receptionē habere: vnde pōt argui fm hos sic.ista noua receptio pp quid repugnat intelligē/tijs: vel q2 quelibet illarū est actus purus:sicut prima:& hoc nō:qm̄ quelibet est dependens:& in mā intellectiua cōsistens:vt in tertia di/sputatiōe visū est:in fol.18.vel q2 quelibet illarū liberata a mā cor/porali & hoc minime:qm̄ mā corporalis est cā receptiōis particularis & corporalis.ergo nō debēt eē liberate nisi a receptiōe corporali & par ticulari:ꝙ mā corporalis sit cā receptiōis indiuisibilis.Auer.inquit. in.3.cōmē.14.&.5.&.23.cā receptiōis vniuersalr & simpliciter est in/tellectus in potētia. ¶ Ad hoc debes scire fm fundamēta huius phi/losophi ꝙ noua receptio & indiuisibilis receptio.idem sunt: quoniā omne qđ noua recipitur receptiōe est hoc & indiuiduū; vt.3.de aīa visum est:receptio autē simpliciter est duobus modis: vel simpliciter oīno fm se:& quodlibet eius & fm se:attamē noua fm habitudinē ad aliud.dico ergo ꝙ in intelligētia non pōt esse noua receptio: quoniā cā receptionis particularis est materia vel potētia in materia: eo q2 materia cōtrahit ad hoc:& indiuiduū:& ideo bene inquit Auer.ꝙ nul la illarum recipit nouū: q2 caret potētia in materia:iterū nulla il/larum recipit simpliciter: nouitate tñ fm habitudinē: qm̄ nulla illa/rum applicatur alicui corpori nouiter disposito:sicut intellectus ho/minis fm ipsum.relinquitur ergo ꝙ quelibet illarū recipit simplici/ter & eterne in se & in habitudine: & hoc cōcedit Auer.quoniā vult in eis esse recipiens & receptum:vt pz cōmē.14.vtrū illud receptū non est nouū:quoniā tunc esset indiuiduū.ergo recipiēs esset materia vel

virtus in materia: neq3 nouũ ꝯm habitudinẽ quẽadmodũ est intel-ligere nostre aie: qđ est absolute eternũ nouũ ꝯm nouam habitudi-nem ad corpora quib⁹ intellectus nouiter cõtinuat. ergo receptũ ibi

Nota. est eternũ simpliciter ⁊ omnimõ. ⁊ hoc concedit. ℂ Et ex his pꝫ sol. qm̃ quelibet intelligentia caret potentia ad motũ corporalẽ ⁊ nouũ spiritualem: vt visum est.

Qõ. prima. Circa finem huius disputatiõis questionẽ querũt aliqui in metaphysica nunquid intellect⁹ diuinus intelligat singularia que tẽporali differẽtia diuidũtur. qđ non plures sic argumentari solent: si certus est deus animã illud acturã anima necessario id efficiet. ergo libertas inde tollitur arbitrij: ⁊ sic nihil reperies rebus cõtingentie. Pro altera parte videt esse Arist. in lib. de bona fortuna. inquit eniꝫ deo autẽ per se hoc ⁊ bene videt ⁊ futuꝝ ⁊ presens: ⁊ quorum ratio perijt. s. preterita. ℂ Inquit. ⁊ etiã ibi deum bona bonis distribuere: ⁊ mala malis: hoc aũt fieri nõ potest si deus indiuidua nõ comprehẽdat. ℂ In isto quesito videt opinio Auer. ⁊ Aristo. ꝙ deus scꝫ indiuidua nõ intelligat. ⁊ opinio theologoꝝ ⁊ veritas ꝙ deus intelligat singularia ⁊ indiuidua: cõuenimus eniꝫ cum phis ꝙ quẽadmodum in demonstratiõe tria sunt. s. cognoscẽs: cõclusio cognita. ⁊ mediuꝫ. sic in comprehẽsione diuina tria sunt. s. cognoscẽs. s. intellectus diuin⁹: cognitũ. s. res: ⁊ mediũ. s. essentia: qm̃ quẽadmodũ intellectus noster mediãte medio cognoscit cõclusionẽ. sic ⁊ diuinus per

Põ. phoꝝ. essentiã cognoscit ⁊ res. ℂ Philosophi itaq3 q2 essentiã ponunt reꝝ causaꝫ esse ꝯm graduꝫ entis: ideo soluꝫ entia cognoscere dicunt deum cognoscendo ens: opinati eniꝫ sunt nõ plus se extendere virtutẽ dei intellectiuã: ꝙ̃ eius virtutem causatiuã: vt manifestuꝫ est apud eos: adhuc opinati sunt causaꝫ proximã ꝯm gradum proximũ concurrere ⁊ remotaꝫ ꝯm remotũ: opꝫ enim apud eos effectus ꝯm rõnes vniuersales in cãm vlem reduci: ⁊ q2 esse est effect⁹ vniuersalissim⁹: ideo dicunt esse effectũ propriuꝫ ipsius dei: ⁊ ad oia deum cõcurrere aiunt ꝯm gradum entis. Ex his opinati sunt deum oia cognoscere cognoscendo esse: ⁊ q2 esse est in deo per eẽntiã: ⁊ in alijs participatiue: ideo

Põ theologoꝝ. deus cognoscit se tantũ: ⁊ nullo mõ res extra se apud eos. ℂ Theologi autẽ veri sapientes cũ sciant deum nõ tantũ cõcurrere ꝯm gradum entis: īmo ꝯm gradum huius entis: ideo firmiter ponũt oia cõtineri in deo ꝯm rõnes particulares ⁊ proprias: quare eẽntia nõ tm̃ est medium cognoscendi res sub rõne entis: īmo sub proprijs rõnibus: ponunt itaq3 sapientes nostre legis in cõprehẽsione dei obiectũ duplex scꝫ primũ: ⁊ illud est esse sine, eius essentia tm̃: ⁊ secũdariũ: ⁊ illud est imaginatiões seu rõnes ideales proprie ⁊ particulares quas Plato in Parmenide species ⁊ ideas appellat: qm̃ tm̃ potentia intellectiua se extendit quãtum causatiua: ⁊ q2 theologi inuenerũt ex testimonio prophetie nõ tm̃ deum cõcurrere ꝯm graduꝫ entis ad reꝝ productionem: īmo ꝯm gradus proprios: ideo penes primũ modũ cõcursus dei obiectũ primũ ponunt esse: ⁊ penes scđm moduꝫ cõcursus ponũt rõnes ideales: ⁊ inde pꝫ dr̃ia phoꝝ ⁊ theologoꝝ ex diuersis principijs accepta: cũ phi eniꝫ deũ cõcurrere dicãt tm ꝯm gradũ entis: iõ vnuꝫ obiectũ qđ est eẽ ponũt. Theologi vero cuꝫ ꝯm gradum entis ⁊ talis entis: iõ duo ponũt obiecta respõdentia duob⁹ modis producendi.

¶ Sed queres nunqd apud phos cõcedẽdũ est deũ cognoscere entia aliquo mõ. ¶ Dicẽdũ q sicut esse simplr acceptũ est oẽ ẽm eminẽtiã & nõ modaliter. & ppriẽ. sic apud phos: deus cognoscẽdo eẽ cognoscit & oẽ: sz nõ proprijs rõnibus. Theologi aũt deũ dicũt cognoscere oia cognoscẽdo eẽ & ppriijs rõnib⁹: phi itaqz resecãt obiectũ scdariũ: & theologi addũt: & sic oia cõprehẽdi vno obiecto sapientes ponunt: Theologi vno obiecto & proprijs rõnibus. hec igitur est nostra lex: & phoz opinio ptz. Sed qz nõ iustum est cõdẽnare quẽpiam absentem sicut Aristo. inquit in. 2. de celo & mundo. ideo visum est mihi inducere loca quib⁹ peripathetici moti sunt: & ẽt ne videamur nos tenere aliquod rõnibus repugnãs: eos esse sophisticos ostendã. Post rõnes theologorũ opponã vt ostendaz nostrã fidem nõ minoris esse probabilitatis q̃ sit opinio sapientũ: & in fine eas etiã soluam: vt nõ appareat infidelibus nos sustinere legez pp rõnes solubiles. Prima itaqz rõ philosophoz: vt ex Auer. excipiẽ verbis in his que dixit in cõmẽ. 51. 12. metaphy. sic componiẽ: si deus res extra essentiã suam rõnibus proprijs intelligit: vel in vniuersali: vel in particulari. nõ in particulari: qm̃ particularia sunt infinita: & infinitũ ẽm q infinitũ ignotum est: vt in phyco traditur auditu: & ideo sunt ab arte remouẽda quanto magis ab arte diuine sapientie. Nec in vniuersali: qm̃ vt Auer. inquit ibidem. & cõmẽ. 14. & in. 3. metaphy. cõmẽ. 13. Scire aliquid in vniuersali est scire in potẽtia: sed scire dei est summ⁹ actus. ergo nec in vli: ppter qđ vt Auer. inquit. sciẽtia dei: nec est vlis nec particularis: vt dictuz est sepe in hoc libro. Adhuc oẽ intelligẽs aliud a sua eẽntia est intellect⁹ in potentia: sed deus nõ est intellect⁹ in potẽtia. ergo de⁹ nõ intelligit aliud ab eius essentia. maior ptz. qm̃ vt dictuz est in disputatione tertia. in sol. dubij. 18. oẽ intelligẽs aliud causaẽ ab intelligibili: & oẽ causatũ ab intelligibili est intelligens in potẽtia. ergo. ptz maior. minor est manifesta per se. Et hec rõ excipitur ex verbis eius in. 3. de anima. cõ. 5. & 14. & qz sic rude posita nullius apparet valoris: ideo debes scire q effectus cõtentus in cã nulla penitus distinctione distinguiẽ a causa nec re nec modo: sed cã contẽta in effectu bene distinguitur ab effectu cõtinẽte ẽm hunc phm: qm̃ effectus semper deficit a sua causa. & sic effect⁹ cum a cã produciẽ: quãdam acquirit priuationez. s. saltez excellentie cause: & sic qñ priuationem habet quãdam intrat multitudinez: quoniã vbi est priuatio ibi opz & omnino esse actum: qz priuatio sola nõ est: ergo opz ingredi multitudinẽ. e cõtra in cã: effectus eniz in cã non priuat aliquid cause: & ideo ibi intrat idẽtitatez: & ideo dicunt sapiẽtes q res disperse in inferiorib⁹ colliguntur in superiori: nihil eniz est in cã qđ distrahat ab effectu contento: nec effectus cõtentus aliqđ hz quo distrahiẽ a cã. ergo in cã nihil est: vnde sumatur distinctio realis nec in modo: nisi sit sicut tragelaphus. ex his verificaẽ maior. s. omne intelligẽs aliud est in potentia: & ptz qm̃ omne intelligẽs aliud causatuz est: vt nunc vides: quare &c. ¶ Rursus vt ex verbis cõmẽti de somno excipitur potest argui: & sic omne comprehẽdens singularia singulariter & signate est corpus vel virtus in corpore: sed prima causa neqz est corpus neqz virt⁹ in corpore. ergo nõ cõprehẽdit singularia singulariter & signate. Maior apparet: quoniã cõprehendẽs & comprehẽsuz sunt vnũ in modo se habe/

Dubitatio. Solutio.

Prima rõ phoz pbãs deum non scire pticularia.

bendi: vt in lib. de aia visum est. ergo si cõprehẽsũ est hoc & signatũ & cõprehẽdẽs oz eẽ hoc & signatũ: & pp hoc dicit Auer. q si intelligẽtie separate cõprehẽderẽt singularia: tũc eẽnt vtutes in corpe & sensus: vide ibidẽ. Iterũ id qd repugnat intellectui vt intell's maxie oz dene gari ab intellu simplr: vbi saluat tota rõ intell's: hec ppositio audita a quolibet conceditur. Sed repugnat intellectui nro: vt intell's cognoscere singularia; pp qd inquit Auer. in. 3. de aia. q intell's cõprehẽdit singularia mediante sensu. vt in expõne mea cõmẽti illi' notũ feci: & hoc oẽs fere cõcedũt: qre & hoc repugnabit intellectui simplr q est diuinus intell's. post hec arguit. si de' intelligit indiuidua vel perficit vel imperficit: vel neq perficit neq imperficit. si primũ: ergo erit aliqd eo prestabilius: si imperficit: ergo vilescit: si neq perficitur neq imperficitur. ergo ociose intelligit. ¶ Preterea. si deus itelligit indiuidua vel recipiendo ab eis perfectionẽ cognoscibilẽ vel per eius essentiã tanq per rationẽ representãdi sicut intell's noster intelligit: vt dr quiditatem mãlẽ per speciẽ causatã ab illa. si primũ. ergo est intellectus in potentia. q nõ scdm arguo. qm omne representãs representat fm modũ cõuenientẽ sue nature: vt pz: spẽs enĩ exñs in sensu: q: est hec: ideo representat indiuidualr: & spẽs existẽs in intellu: q: est vlis & nõ hec: ideo repñtat vliter: vt latini dicũt. g si est aliqd representatũ vle per essentiam vlius representabit q species sensibilis & spẽs intelligibilis representẽt: modo nihil est vlius essentia diuina: est enĩ vniuersalis per essentiã: cũ sit abstracta a mã & cõditionib' materie & idea entis: & vnius apud Arist. & Plato. vniuersalia em mãlia sunt vlia participatiue. s. rõne luminis intell's agẽtis q est vlis per essentiã: quãto magis deus & eius eẽntia sunt vlia cũ sint in gradu supremo. ad intellm ergo cum eẽntia dei sit sic vlis essentialr: & per se representatũ per illam erit vlius q per speciẽ intelligibilẽ & sensibilẽ. ergo non põt esse signatũ & indiuiduũ. Ultimo arguit ex rõne Arist. in. 12. meta. inquit enim si cõpositũ est qd intelligit: trãsmutabit enĩ in partib' totius: aut indiuisibile omne qd materiã non hz: ecce quo mouit. q. an. s. cõpositum intelligat. & arguit q si cõpositũ intelligat. ergo trãsmutabit: & tunc soluit. d. aut qd est nota sor. indiuisibile omne qd materiã non hz &c. vbi vult q tm itelligat se; vide. põt aũt dñtia eius in hũc modũ exordiri: vt ibi cõmẽ. 51. illius partis excipit: qm intell's diuinus res intelligit eo ordine quo sunt apud naturã intelligibiles: vt oẽs dicũt: sed partes sunt priores toto. ergo prius intelligit partes q totũ. ergo deus pcedit de noto ad ignotũ: & sic trãsmutabit & discurret vt patet. Que igit est phorum opinio: & que eorz fundamẽta: sit dictũ intãtũ. modo qm in multis locis adduxit verba phoz & alia plurima argumẽta q cũ occurrit videas. ¶ Superest hactenus rõnes nras inducere: & eas bñ exponere. pma itaq rõ põt cõponi sic. si intell's diuinus non intelligit indiuidua est ex parte intell's dei defectus vel ex parte difficultatis rei: vt em Auer. inquit. 2. meta. cõ. p. duplex est difficultas cognoscẽdi res: aut ex pte cognoscẽtis: aut ex pte rei cognite: qd & in lra colligit: nõ ex defectu intell's: cũ intell's dei sit sũmus: & habeat rõnes itell's simplr: nz ex pte rei: qm potẽtia inferior ad itell'z dei cõphẽdit singlare: vt itell's nri mediãte sensu. Adhuc & sensus ipe g m'ro magis erit facilioris cognitiõis apd mẽtẽ pmã. ¶ Adhuc itell's itelligẽs

Rõnes theologoz i oppositũ.

aliquā quiditatē vel rōnē quidditatiuā per se intelligere pōt oīa illa in
quib⁹ illa rō includit:sȝ intell'9 dei cognoscit rōnes entis per se. ergo oīa
illa in quib⁹ icludit:ergo ⁊ indiuidua ⁊ vlia:vt pȝ. ¶ Rursus. oīs intell'9
cognoscēs cōtinēs perfectissime cognoscit oīa cōtenta:sed intell'9 dei
cognoscit eēntiā ppriā perfectissime. ergo oīa cōtēta:mō nō tm̄ ibi cō
tinent vlia:imo ⁊ particularia cuȝ esse dei sit omne vt dicebat supra.
¶ Preterea. intell'9 cognoscēs aliquā naturaȝ cognoscit oē id qd̄ est
idē in subō illi nāe. sȝ intell'9 dei cognoscit eēntiā suā pfectissime. ergo
cognoscit oē id qd̄ est idē i subō illi nature:sȝ eē causatū in gn̄e finis:
saltē oīum rerū est idē realr ipsi eēntie:quare intell'9 dei cognoscētis
eēntiaȝ cognoscet ⁊ illā aptitudinē:⁊ nō pōt cognoscere respectū illū
nisi terminū cognoscat. ergo oēs res cognoscet. Et pōt ꝯfirmari:qm̄
vel cognoscit se esse finē oīum rerū vel nō. si non:ergo se cognoscit īperfe
cte:qm̄ non cognoscit ꝑ moēm modū possibilem cognosci. si sic. ergo co/
gnoscit terminos oēs illius. ⁊ sic oīa quoꝝ est finis: vt pȝ. Post hec
cognoscēs cōpositionē cognoscit extrema:qm̄ eē significat quādā cō
positionē quā sine extremis nō est intelligere:vt Arist. ingt, sȝ deus co
gnoscit hmōi cōpōnē. vȝ. de⁹ est melior oī cāto. silr alterā ptē cōtradi
ctionis. s. deus est nō corpus. silr de⁹ nō est in tpe. ergo deus cognoscit oīa
hec extrema:⁊ sic cognoscit extra se. ꝙ aūt deus hmōi cōpōnes cogno
scat/apparet:qm̄ pfecta cognitio diffinitiua facit cognoscere diffinitū
quo ad oīa q̄ insunt per se diffinito:⁊ quo ad oīa q̄ remouent ab illo.
modo cognitio dei suꝑpsi⁹ est plus pfecta q̄ꝫ cognitio diffinitiua. ergo
vt prius. ¶ Etiā arguo. cognitio perfectior cognitione oīum rerū est
oīum rerū ⁊ plus:sȝ cognitio qua deus cognoscit se est pfectior cogni/
tione q̄ intell'9 me⁹ itelligit oēs res:si per casuȝ oēs res itelligeret. ergo co
gnitio dei est oīum rerū ⁊ plus:q̄re nō tm̄ se itelligit:imo ⁊ oīa entia.
¶ Deinde arguo argumētis Plotini:ingt em̄ Plotinus i. 3. Ennea/ **Rationes**
de:in tertio, in lib. 2. de puidētia. c. p. qd ergo de his dicēdū estimemus **Plotini.**
forte ⁊ mala simul ⁊ bona rō vniuersa cōplectit:cuius hec quoqꝫ sunt
partes eē. ex verbis illius capitis excipit rō fortissima: q̄ pōt in hunc
modū cōponi. nō maioris cōtinētie est mūdus sensibilis in cōtinēdo
actua ⁊ eēntialr q̄ꝫ mūdus itelligilis in cōtinēdo mētaliter ⁊ itelle/
ctualiter:⁊ hoc pȝ oīb⁹:sȝ mūdus sensibilis est ꝯtinēs oīa ⁊ pticulr ⁊
vlr:vt pȝ, actualr ⁊ eēntialr. ergo mūdus itelligibilis cōtinebit ⁊ oīa mē
taliter ⁊ intellr:⁊ particulr ⁊ vlr. mō mūdus itelligibilis est ipse deus:
vt Plato inquit. ergo deus oīa cōtinet mētalr:⁊ per ꝯn̄s oīa intellit quō/
cunqꝫ accepta. ¶ Adhuc in scdo capite multa dicit ex qb⁹ pn̄t excipi
rōnes nō parue:pōt ergo argui sic. q̄tenus eēndo agit:tal̄r intelligēdo
intelligit:sȝ eēndo oīa ex̄ se facit ⁊ totū mundū. ergo ⁊ intelligēdo totuȝ
intellit. maior pȝ:minor pȝ ēt:qm̄ sicut sol lucēdo illuminat: sic deus
essendo totū:⁊ oē pducit:quare intelligēdo omne totū intelligeret.
¶ Et pōt cōfirmari. qm̄ vel deus pducit aliqd ex̄ se. vel nihil. Iᵉ si nihil
est cōtra peripatheticos:imo totū ⁊ oē causauit. ⁊ si totū. ergo ⁊ totū
intelligit. ¶ Rursuȝ ab ipso deo ipe res nō solū hn̄t eē:imo ⁊ ēt vt cau
se sint. ergo si hn̄t eē:⁊ eē causas a deo:ab eodē habebunt offm̄ cause
ppriū. hoc aūt est cōseruare ⁊ curare qd̄ facit. q̄re si a deo hmōi cause
oēs hoc habēt officiū:cōsonū est vt ⁊ ipse hoc habeat potissimū. s. vt
oīa curet ⁊ singula:cū maxīme causa sit nō tantū causa eēndi oībus:

imo ⁊ officioꝝ oīuz causarū. ℭ Preterea. ⁊ in altera Enneade de ma-
teria pōt ⁊ hec rō colligi. nō maioris cōtinētie subiectiue est mā ꝙ̄ sit
ꝑma forma seu ꝑmus motor: sed mā ꝑma cōtinet oēs formas in potē-
tia: non tantum in vniuersalissimo ⁊ ꝓprijs potētijs vt Plotinus in-
quit. ꝓpter qḋ materiā infinitudinē dicit eē: ergo ⁊ ꝑma forma ꝑmusq̧
motor oēs formas actu cōtinet. ⁊ maiorē huius syllogismi Auer. 12.
meta. cō. 18. ⁊. 36. dixit. ergo ꝑmus motor oēs formas cōtinet. ℭ Et
vltimo per hoc Platonis est sermo ī Thimeo q̄ postq̄ deus ꝓduxit mē
tem angelicam finxit ipsum vocasse eos ⁊ precipere eis vt alia crearēt
mortalia: quēadmodum ⁊ ipse fecit eis: modo per se pꝫ preceptū non
esse de ignoto simplr. ergo si deus precepit intelligentijs creare ⁊ alia
mortalia cōtueri deum non est dubitandū. Adducerem alia plurima
verba phoꝝ ⁊ alias rōnes: sed cōtinue reperies illa hincinde in meis
dictis. que igit̄ sit lex nostra: ⁊ quō non minoris ꝓbabilitatis sint ei⁹
argumenta: modo perspicuum ex his est. Ut igit̄ appareat nos nihil
Solo rónū phoꝝ. impossibilitatis sustinere. ℭ Ad argumēta phoꝝ respondet̄. Ad pri-
mum itaq̧ dicendū. ꝙ deus intelligit sub vnico actu particulari sue
essentie oīa ⁊ infinita: nō quidē motiue: sꝫ terminatiue secundarie vt
nos theologi dicimus. Et qm̄ dr̄ infinitū est per se ignotū. dicendū ꝙ
hoc verbū Arist. verū est apud ipsuz qui tenet oē intelligibile eē a nr̄o
intellu cognoscibile: ⁊ ꝙ intells dei nihil itelligit extra se. ⁊ ideo si nō
cognoscit̄ a nostro intellu a nullo cognoscit̄: ⁊ ideo. d. illud esse per se
ignotū: sꝫ ꝯm nos illud verbū falsuz est: qm̄ statutū est aliqḋ apud mē
tem dei qḋ apud nostruz intellm̄ est occultū: ⁊ replice q̄ fiunt hincinde
perquire eas in libris theologoꝝ nostroꝝ. ℭ Ad scḋm intelligere aliḋ
est duob⁹ modis. vno mō nō virtute alicuius qḋ est in ipso vel ipsum
intelligēs: ⁊ sic maior est vera. alio mō aliud v̄tute eēntie itelligētis: ⁊
⁊ sic maior falsa est: qm̄ deus si intelligit res extra se nō intelligit illas
simplr: sꝫ virtute sue eēntie. ℭ Ad ꝓbationē ꝑmā dicendū ꝙ illa mi-
nor ꝓsylli est vera de intelligēte aliud ꝑmo mō: sed de intelligēte aliud
scḋo mō falsa est. ℭ Ad scḋam ꝓbationē dicendū ꝙ falsum est ꝙ oīs
distinctio sumat̄ a ꝑuatione: in deo em̄ sumit̄ illa distō: qm̄ deus est di-
uersus a rebus: ⁊ illis cōueniens: est quidē diuersus vt ens per essen-
tiam: est vero cōueniens vt agēs eas: ⁊ ideo vt diuersus rn̄det ei esse
pro ꝑmo obiecto. vt agēs respondet ei secundariū obiectū. s. res cōce-
pte: ⁊ sic patet vnde sumit̄ distinctio in deo. ℭ Ad tertiā rōnem ꝑnci-
palem cōp̄rehēdere particulr̄ ⁊ signate est duob⁹ modis: vno modo
significatiōe accepta a re cōcepta: ⁊ sic maior est vera. alio mō signifi-
catione sumpta a cognoscēte: ⁊ sic falsuz est. deus em̄ cōp̄rehēdit par-
ticulariter ⁊ signate ꝓut in virtute sua causatiua cōtinet oēs res par-
ticulr̄ ⁊ signate: ⁊ sic pꝫ quō de⁹ p̄ticulr̄ ⁊ signate itellit ex pte ei⁹: ⁊ prꝫ
q̄r est hoc nō formalr̄ sꝫ v̄tualr̄: ꝯuenit em̄ in mō se habendi v̄tualr̄
⁊ nō formalr̄ cū indiuiduis. ℭ Ad q̄rtā negat̄ minor: intellui em̄ nr̄o
vt intells nō repugnat: sꝫ vt noster est: q: vt intells nr̄ nō ꝯtinet sin-
gularia v̄tualr̄: ⁊ ideo nō pōt intelligere singularia ꝑ ei⁹ eēntiaꝫ: ⁊ ꝙ
ꝑ eius eēntiā nō intellit: ⁊ nec motiue: ergo ei simplr̄ repugnat: tn̄ itells
dei pōt: imo de facto intellit: qm̄ ꝯtinet illa in v̄tute causatiua: ⁊ sic per
eius eēntiā intellit illa. nō g̊ repugnat intellui nostro vt intells est cū
aliq̄ spēs intells id ponit. ℭ Ad quintā dicēdū ꝙ deus intellit singu-

laria non vt ipse pficit:neqꝫ iꝑficit ⁊ tñ nõ frustra intellẽt:qm̃ itellit
vt singularia pficiat ⁊ ea cõpleat:⁊ sic nõ ociose facit. ¶ Ad sextã di/
cendũ ꝙ per eius eẽtiã:⁊ dico ꝙ nõ per modũ cõuenientẽ ei⁹ nature:
sꝫ eius virtuti causatiue:mõ eẽtia est vlis p eẽtiaꝫ:est tñ pticularis
in causando:⁊ ideo pticularia põt repũtare particulr. ¶ Ad septimã
dicendũ ꝙ ꝯña nihil est:ꝯcedo tñ ꝓuo nã cognouit ptes ꝙ̃ totũ cũ nõ
sit ꝯm suã nãm olr cognoscibile.sꝫ qꝛ de⁹ nõ per notitiã partiũ deuenit
in notitiã toti⁹:sꝫ ptes cognoscit p eẽntiã ⁊ totũ p eẽntiã:ideo non di
scurrit:cũ eodẽ sint ei nota ambo. ¶ Ut igit̃ appeat nos sustinere le/ Solo rõnũ
gem pp rõnes solubiles:ideo ad rõnes nr̃as est rñdẽdũ. ¶ Ad primã theologoꝝ.
dicẽdũ ꝙ multũ differt difficile ⁊ ipoſle:oẽ em̃ difficile est altero duoꝝ
modoꝝ:vt Auer.dixit:sꝫ imposle nõ est altero illoꝝ:sꝫ qꝛ nec deus est
idoneus itelligere nec singulare aptũ intelli.est ꝰ ipole ex pte vtriusqꝫ
apud phos. ¶ Ad scdaꝫ dicẽdũ maiorẽ eẽ verã:tñ minor falsa est:qm̃
deus nõ intellit rõnẽ entis cõissimã:scia em̃ dei neqꝫ vlis:neqꝫ pticula
ris est ꝯm phos:sꝫ tñ se intellit.i.eẽntiã ei⁹ quã ponũt theologi pmum
obiectũ ei⁹. ¶ Ad tertiã maior est vã:sꝫ minor falsa:qm̃ ꝯm phos ibi
nõ cõtinent̃ cãta sub ꝓprijs rõnib⁹:sꝫ eo gradu quo deus ꝯcurrit ad
illa.⁊ ideo sub gradu entis eẽntialr ⁊ p se intellit illa:vt ꝫ Auer.inquit.
in his q.d.cõ.51.12.meta. ¶ Sꝫ dices.ꝰ scia dei est iperfectissima cum Obiectio.
sit oĩum sub rõne trãscendenti. ¶ Dicendũ negãdo ꝯñtiam:qm̃ non Solo.
intellit res sub gradu entis cõis dece pdicamẽtis:sed sub gradu entis
simplr:qd est eius essentia quã nos obiectũ pmũ intellꝰ eius appella
mus:⁊ ideo scia qua deus intellit:neqꝫ est sub rõne vli:neqꝫ sub rõne
particulari:cũ ei⁹ eẽntia neqꝫ sit vlis/neqꝫ indiuidua ꝓprie ⁊ vniuo/
ce loquẽdo de his. ¶ Ad quartã dicẽdũ ꝙ eẽ cãtiuũ pt accipi duplr.
vno mõ pro absoluto dei cui intellꝰ nr̃ attribuit respcm̃ aptitudinalẽ
cause finalis formalis ⁊ agẽtis:⁊ sic cõcedo ꝙ si deus cognoscit illũ re
spectũ cognoscit oĩa.mõ deus nõ cognoscit illũ respectũ:cũ ille i deo
sit sicut dextrũ i colũna:deus em̃ non refert ad cãta relõne existẽte in
eo:sed in causatis:sed si capitur causatiuũ pro absoluto cui attribui/
mus respectũ cause:sic cõcedo deum intelligere causatiuũ sub ratiõe
finis:⁊ efficiẽtis:⁊ forme:tñ nõ sequit̃ ꝙ cognoscit illa quorũ est:qm̃
non intelligit se sub ratione relatiua sꝫ absoluta. ¶ Ad formã cõcedo
vsqꝫ ad minorẽ sequẽtis sylli.s.sꝫ eẽ causatiuũ est idẽ realiter ⁊c.hec
em̃ minor est falsa capiẽdo esse causatiuũ pmo mõ:qm̃ vt sic est ens ra
tionis:⁊ ens rõnis/nec est idẽ:nec diuersuꝫ realiter ab alio.scdo mõ
est verũ:sꝫ non sequit̃ ꝓpositũ. ¶ Ad cõfirmationẽ dicendũ ꝙ nõ co/
gnoscit se esse finẽ prout finis dicit respectũ cause finalis:⁊ tunc nego
ꝯñtiam.quoniaꝫ si deus cognosceret se sub ratione finis imperfecte se
cognosceret ⁊ non perfecte:⁊ qꝛ tunc sub ratione relatiua cognosceret
⁊ non absoluta:nec oportet vt cognoscat se ꝯm omnem modum pos/
sibilem cognosci:qꝛ sic vilesceret:sed oportet vt cognoscat se ꝯm oẽm
modum dicentẽ perfectioneꝫ:⁊ ideo sub ratione absolutissima:⁊ ideo
ꝯm suam essentiam tantũ. ¶ Ad quintam principalẽ dicendũ.minor
falsa est:qm̃ vt Auer.inquit.deus cognoscit tantum se ⁊ purissime:⁊
incõplexissime:vt inquit:in.3.de anima.cõmen.27.⁊ ideo inquit ibi
ꝙ semper veridicat in intelligẽdo se.vide. ¶ Ad ꝓbationẽ dicendũ.
ꝙ deus cognoscit se perfectius ꝙ̃ per modum diffinitiuꝫ:non tñ opꝫ vt

cognoscat se vt differt &c. quoniā vilesceret: illa.n.pfectio cognitiōis non attēditur penes modū cognoscēdi & artē apprēdēdi: sed penes rez cognitā & apprehēsionē ipsam: & ideo nō oportet vt cognoscat se: vt differt a quolibet nō ipso. ¶ Ad sextā. maior falsa est: qm̄ nō dicit cognitio pfectior: qz sit pluriū rerū: sz qz entis pfectioris: mō essentia eius est oiūz rerū pfectissima & nobilissima. iō est pfectior ꝙ cognitio oiūz rerū. ¶ Ad septimā Plotini maior distinguit: qm̄ maioris cōtinentie cōtinere est duob' modis: aut penes plures modos ɔtinendi: aut penes pfectiorē modū cōtinēdi. dico ꝙ ꝙ maior est vera scđo modo & nō primo modo: & sic minor nō est ad ꝓpositū: qm̄ deus ɔtinet oīa per essentiā: nō tñ ꝓprijs rōnib': qm̄ illud dicit impfectionē apō phos. ¶ Ad octauā & nonā insimul ɔcedo deū oīa ītelligere: sz non extra se: sz esse ei' qđ est oīa: & iō essendo oīa ꝓducit & ītelligēdo: neqꝫ opꝫ ꝙ sicut ꝓducit extra se: ita ītelligat extra se: qm̄ intelligit ꝓductū intelligēdo se. i. eēntiā ꝓpriā que est totū. & oē nō ꝓprijs rōnibus: sed rōne eēntie essentialr & formalr. ¶ Ad decimā pꝫ solutio. deus enim oīa curat & potissime nō rōnibus proprijs qz vilesceret: sz rōne essendi. esse. n. est primus effect' dei: & iō curat dādo cuiqꝫ esse qđ hꝫ ipse per essentiā vt vides. ¶ Ad vndecimā pꝫ sol. nā enīz cōtinet ꝓprijs rationib' qz in potētia: deus aūt vno actu ɔtinet oīa: qz essentia eius est oīa vt vides: iō cōtinentia dei est in actu: & materie est in potētia. ¶ Plato aūt opinat deū curā habere singulorū: iō nō est noster: & forte ꝙ pōt glosari & nō curo. Ex his apparet qūo lex nostra nullū tenet ipossē: & ꝙ illud qđ tenet est verū: & nō minoris ꝓbabilitatis ꝙ positio phorum. Semper itaqꝫ habenda est fides tanꝙ credita & vera: quare finis duodecime disputationis.

¶ Tertiadecima Algazelis disputatio cum phis in qua ostendit ipsorum debilitates in eo qđ putant asserere. vz. ꝙ celum sit animatum: & sit corpus obediens ipsi deo glorioso.

¶ DVBIVM PRIMVM.



Dicit Alg. dicūt peripathetici ꝙ celū est aīal: & ꝙ cōparatio ipsi' aīe ad eius corp' est cōparatio nostrarūz aīarū ad nostrū corpus: eo ꝙ sicut aīa volūtarie mouet versus partē desideratā: silr corpora supcelestia mouent simplr ob obediētiā & reuerētiā gloriosi dei. Et dicimus ꝙ hec opīo nō est negāda. Deus. n. pōt dare vnicuiqꝫ corporū vitā & discretionē: & nō pp suā magnitudinē vl rotūditatē: & posse est ꝙ sit viuū. Nā aīalia lz in figuris & ī

magnitudinib⁹ differāt cōicāt sine dubio in ꝓprietatib⁹ vite: ſ3 id qđ attribuim⁹ eis debilitatis nō eſt qđ poſſit ꝓbari auctoritate niſi hoc haberem⁹ a traditione diuia. v3. a ꝓphetarū reuelanōe: ſ3 demōſtratiue nō. Quare dicimus ꝙ ille rōnes que dicte fuerūt ſup hoc cōcludunt diffinitiue: ſ3 tm̄ fortificāt opinionē. Unde pria auctoritas ipſoꝝ hec eſt: celu3 mouet: hec eſt ꝓpō ſenſibilis: ⁊ oē corpus mobile h3 mouēs: ⁊ iſta ꝓpō eſt itellectual'. Si. n. corpus inq̄ꜩtū corpus moueret: oē corpus moueret: ⁊ tūc aut iſtē mot⁹ ꝓcedit a mobili ſubſtantia tanq̄3 nā vt mouet lapis deorſu3: aut mouēs dicti mot⁹ eſt extra illud corp⁹ mobile. ſ. mouēs ipm̄ modo violentie. vt lapis piectus ſurſu3: ⁊ oē mobile de ſe aut nō ſentit illu3 motū: ⁊ dr̄ nā vt lapidis motus deorſu3: aut ſentit motū: ⁊ dr̄ ille mot⁹ volūtari⁹ aut aiatus. vn̄ reſultat ex iſta diuiſione ꝙ ptes mot⁹ que hic tractāde ſunt cōtinent i tribus. v3. violēto: nāli ⁊ volūtario. ⁊ iō reprobatis duob⁹ ipſoꝝ remanet terti⁹ neceſſario: ſ3 ipoſ'e ē ꝙ orbiū mot⁹ fiat violēter. id nāq3 qđ violēter mouet: aut eſt aliud corpus mobile volūtate aut violēter: ita ꝙ op3 ꝙ ꝑueniat i fine ad voluntatē: vn̄ oſtēſo ꝙ orbes volūtarie moueātur nos habem⁹ intētū: q̄lis igit̄ vtilitas eſt ponere violētū motū poſtq̄ꜩ in fine op3 nos reducere ad volūtatē. Si dicerem⁹ tn̄ ꝙ mouet violēter: ⁊ ꝙ de⁹ mouet ipſu3 ſine dubio: dicim⁹ qđ eſt falſu3: ſi. n. moueret ip3 inq̄ꜩtū corp⁹: ſeq̄ret ꝙ oē corp⁹ moueret ab eodē deo. Op3 ergo ꝙ corpi celeſti appropriet q̄dā ꝓprietas a q̄ mouet: ob quā diſtinguat ab alijs corpib⁹: ergo illa ꝓprietas ē mouēs ꝓpinquū: ⁊ eſt ſine dubio nā aut volūtas. Et impoſ'e eſt dicere ꝙ de⁹ moueat ipm̄ ꝓpria volūtate: q2 volūtas dei vnū ⁊ eūdē reſpectū h3 oib⁹ corpib⁹. Declaratū eſt ergo ꝙ op3 dictū corp⁹ hr̄e qđdā pricipiū mot⁹. cōcludit ergo ꝙ nō mouet violēter. Etiā dicim⁹ ꝙ ipoſ'e ē ꝙ moueat nālr: nā. n. inq̄ꜩtū nā nō eſt cā mot⁹: mot⁹ eni eſt dimittere locū ⁊ ingredi locū: vn̄ ſi loc⁹ in quo corp⁹

erat: cōpetens ei erat non dimitteret eum hmōi ratiōe vēto plenū sup aque faciē positū nō mouet: sed sic coar ctet sub aq̄ moueret donec sup facies aque ascēdat put ibi ē locus suus cōpetēs: et ideo quādo trāsfert de loco incōpetēti ad locum cōpetētē mouetur effugiendo de innālī ad nālem. vn̄ et pōt ɔcludi q̄ mot⁹ circularis nō est nālis: nullū.n.mobile circulariter situm habet deter minatū: imo vnde venit illuc redit. Remanet ergo q̄ motus orbium sit sine dubio voluntarius.

¶ Propōit Alg. in primis peripatheticoꝝ intētionē in quesito pñti scđo ibi (Et dicim⁹) Examinat phoꝝ opinionē. quā aūt cōtinuatiōes hēat hmōi disputatio ad p̄dictas nō sat accipit. et iō hmōi disputatio est tanq̄ theorema p se vtile ad veritatē p se: plures.n. harū sunt in/ cōnexe inuicē. ingt ḡ. dicūt pipathetici q̄ celū est aīal: hoc est vnum cōiter ɔcessū: et sup. dicūt q̄ cōparatio ipsi⁹ celi aīe ad ei⁹ corp⁹ est cō paratio nostraꝝ aiarū ad nr̄ corp⁹: cui⁹ rōnē reddit. d. eo q̄ sicut aīa volūtate mouet versus ptē desideratā: vt appet in experiētia ppria. silr corpa celestia mouent sup. ab eoꝝ aīa simplr versus ptē certā ob obediētiā et reuerētiā gloriosi dei. hec igit est phoꝝ opio: vt Alg. ingt hoc in loco q̄ meli⁹ loco ei⁹ ptractabit. (Et dicim⁹) cum phoꝝ induxit opinionē: hoc i loco examiat eoꝝ opionē: et ingt. et dicim⁹ q̄ hec opio nō est negāda. sup. tāq̄ ī volis. cui⁹ rōnē reddit et ingt. de⁹ eniȝ pōt da re vnicuiq3 corporū vitā et discretionē. i. intellectū vel rōnalē animā et qi peripathetici dixerūt celū hr̄e aīa3 pp magnitudinē et figurā: ostē dit hmōi rōnē necessitatē nō hr̄e: et ingt. et nō pp suā magnitudinē et rotūditatē. vult dicere dedit corpi celesti vitā: sed ad suū bn̄uolitū et placitū. Adhuc apponit et signū ɔfutās opionē epicureoꝝ q dixerunt celū nō eē aīal: eo qz eēt nimis magnū. hoc itaq3 ɔfutās ingt. et posē ē q̄ sit viuū. nā aīalia l3 in figuris et magnitudinib⁹ dr̄nt cōicāt sine du bio in pprietatib⁹ vite. est ergo sol. epicurei motiui q̄ l3 celū aīal sit magnū: nō pp magnitudinem d3 abnegari ipm esse aīal: qm̄ et si dr̄nt aīalia penes magnitudinē posē est vt in viuēdo ɔueniāt. (S3 id qđ) cū quodā mō admisit opionē pipatheticoꝝ. hoc in loco exponit in q̄ nō est tenēda et ingt. S3 id qđ attribuim⁹ eis sup. nos phi de debilita te dicētes. Jlla corpa fatigat et labore moueri nō est qđ possit pbari auctoritate. i. rōne: nisi hoc haberem⁹ a traditōe diuina. v3. a pphe/ taꝝ reuelatiōe: s3 demrātiōe nō sup. hri pōt. est ḡ vcm̄ phoꝝ in eo q̄ dicūt qđdā nulla rōne cōprobatū. (Quare dicim⁹) qz ondit primam ptē opionis eē admittēdā tāq̄ posē. vult h̄ in loco ondere eā nō eē admittēdā tāq̄ verā et neccāriā: eo qz nulle sunt rōnes demrātiue p ea: vt seriati3 exponit. Jngt ḡ. quare dicimus q̄ ille rōnes q̄ dicte fue runt sup hoc nō ɔcludūt demrātiue: s3 tm̄ fortificāt opionē. vult dice re q̄ sunt pbabiles et dialectice. et accepit illas. et primo narrat p̄ma3 dicēs. vn̄ pria auctas ipsoꝝ hec est. et cōponit syllm̄ in scđo prime. et accepit minorē. et ingt. celū mouet. hec est ppō sensibilis. vult dicere

sensu pspicuus. sensu eniz dinoscit celũ in vigītiquattuor horis discur
rere ab oriēte ad occidēs redeūdo ad oriētē. et accepit maiorē et ingt
et oē corpus mobile hȝ mouēs. et accipias cōclonē. s. ergo celeste habȝ
mouēs. et hoc est eē aīatū et aīal: vt declarabit. et ingt. et ista ppō ē in/
tellectualis. i. rōne cōprobata: vt in. 8. et. 7. physi. dictū est. pbat aūt
maiorē quodāmō p ipole. et inquit. si. n. corp⁹ inφtū corpus moueret
ḡ oē corpus moueret. vult dicere. corp⁹ mouet. vel igitur rōne corpo/
reitatis tm̄. vel rōne motoris diuersi a corpeitate. si rōne corporeita/
tis: ḡ oē corpus mouebit: qm̄ in oī corpe est cā totalis mot⁹. si ratiōe
motoris diuersi ec̄. ergo verificata est maior. vȝ. φ oē corp⁹. s. qd̄ mo
uet motorē hȝ aliquo modo diuersuȝ a sua nā corporea. Uerificatur
ḡ cōclo. s. φ corpus celeste habeat motorē mouentē ipm (Et tūc aut)
Cum cōclusit corpus celeste moueri a quodā motore. pcedit vlteri⁹.
et inquit. et tunc aut iste mot⁹. s. celi pcedit a sba. s. motore moto tāφ
a natura: vt mouet lapis deorsum: aut mouēs illud corpus dicto mo
tu est extra illud corpus. s. mouēs ipm modo violentie. i. motu violē
to: vt lapis piectus sursum. et quodāmodo supponēs celū non moue
ri altero ipsorū motoꝝ: sȝ per se et de se. adhuc subiungit diuisioneȝ
et inquit. et oē mobile de se: aut nō sentit. i. mouet nō cognoscēdo suū
motū: vt lapis motus deorsum aut sentit. i. cōprehēdit motū: et talis
motus dicit voluntarius: aut aīatus aut aīalis: et quasi accipiēs viȝ
argumēti iterū resumit totū et ingt. vnde resultat ex ista diuisione φ
partes. i. spēs motus que hic tradēde sunt. i. que debēt accipi in hoc
argumēto ptinent in tribus. vȝ. violento nāli et volūtario. et ideo re/
probatis duobus ipsoꝝ: remanet tertius nec̄io. i. sȝ si declarabitur φ
neqȝ naturalr neqȝ violēte mouet: pcludit φ voluntarie mouebitur.
ostēdit ergo φ neutro illoꝝ duorū. et inquit. sȝ ipole est φ mot⁹ orbiū
fiat violēter: et reddit rōnem. et ingt. id nāqȝ qd̄ violenter mouet: aut
est aliqd̄ corpus mobile voluntate: vt aīal: aut violenter tm̄: vt lapis
et quocūqȝ opȝ φ perueniat in fine ad voluntatē. vnde ostēso φ or/
bes voluntarie mouent: nos habemus intentum: qualis igit vtilitas
est ponere violētū motum idest ea moueri motu violento. Postφ in
fine oportet reducere illa ad voluntatē. vult dicere quomodocūqȝ po/
nat opȝ ponere celum moueri per appetitū et intellectū ḡ supfluit fin/
gēdo apponere ipm moueri violente. (Si diceremꝰ) Sol. quorūdaȝ
apponit. et eā pfutat. et ingt. si diceremꝰ tamen φ celū mouet violen/
ter. et φ de⁹ mouet ipm sine dubio. est ḡ sol. φ celuȝ violēter mouet et
a deo imediate. huic statiȝ obijcit Alg. et inquit. dicemus φ est falsuȝ.
et hoc pbat duabus rōnibus ducētibus ad ipole: quaꝝ pria pōt ordiri
in hunc modū. si deus mouet corp⁹ celeste: aut mouet ipm sine omni
medio: ita φ ad motū celi sufficit pm⁹ motor: et corp⁹: aut mouet ipm
cōcurrente adhuc aliqua pprietate mouēte vltra deū. prio ḡ destruit
primū mēbrū. et ingt. si eniȝ moueret ipm inφtū corpus. vult dicere
nullo cōcurrēte in rōne motoris: sequeret φ oē corp⁹ moueretur ab
eodem deo. pñam declaro: qm̄ qua rōne deus potest mouere corpus
celeste nullo alio cōcurrente in rōne motoris: eodē modo et qd̄libet
corpus: qm̄ oīa corpora sunt vnius rōnis in rōne corporis: et si deus
sufficit: ergo frustra ponet motor appropriatus: et forma propria vni/
cuiusqȝ cum ipse solus sufficiat. et qꝛ totū hoc est impole: ideo construit

alterū mēbꝛū:⁊ inqt:ergo opꝫ ꝙ corꝑi celesti appropriet q̄dā ꝓprie/tas.i.forma a qua mouet:ob quā ⁊ penes quā distinguit ab alijs cor/poribus:ergo illa ꝓprietas est sine dubio mouēs ꝓpinquū:⁊ tūc acci/pit vnū per se notū:⁊ dicit:⁊ est sine dubio nā aut volūtas.⁊ cū sup. nō sit nā:g̃ erit volūtas:⁊ sic aīa erit vt Auic.inqt(Et ipol'e)Adhuc arguit idē scd̄a rōne:⁊ p̄io ꝓpōit intētū:⁊ inqt.⁊ ipol'e est dicere ꝙ deus mouet ip̄m ꝓpria voluntate. vult dicere sine oī medio: in rōne motoꝛis ꝓximi.⁊ hoc ꝓbat ⁊ syllogizat in prima figura hoc mōꝛ nulla volūtas vniformis h̄ns vnū ⁊ eundē respectū oībus corꝑibus mouet alterū illoꝝ motu determinato.hec recipit a peripatheticis tāq̄ ma/nifesta:tūc accepit Alg.minorē.d.sed voluntas dei vnū ⁊ eundē re/spectū h̄ꝫ oībus corꝑibus.tūc apponit viꝫ cōclōnis:⁊ inqt.declara/tū est g̃ ꝙ opꝫ dictū corp⁹ h̄re qōdā pricipiū mot⁹.s.ꝓpriū ei tm̄:⁊ er/go ꝯcludit ꝙ nō mouet violēter.(Et dicim⁹)Uult ꝯcludere ꝙ motus celi nō est nālis:⁊ hoc ꝓponit.d.ēt dicim⁹ ꝙ ipol'e est ꝙ moueat nālr ⁊ reddit rōnē:⁊ pōt cōponi in hunc modū:oīs mot⁹ nālis est de loco violēto ad locū nālē ꝯpis mori:ſꝫ mot⁹ celi nō est de loco violēto ad locū nālē.g̃ motus celi nō est nālis. hui⁹ p̄io accepit vim maio/ris.⁊ oīno reputo istū locū eē male trāslatū:vel esse corruptū ꝑ scri/ptoꝛes.inqt g̃.nā enim inq̄tū nā nō est cā mot⁹.mot⁹ eniꝫ est dimitte/re locū:⁊ ingredi locū:⁊ ecce qūo nullū sensuꝫ facit:iō vr̄ mihi l'ram eē sic legendā.nā eniꝫ inquantū nā nō est causa motus nisi prout est de loco violento in locū nālem:motus eniꝫ est dimittere locum violētū ⁊ ingredi locū naturalē:⁊ si littera sic stat: sermo eius est vis maio/ris: vt pꝫ:⁊ ꝙ l'ra dꝫ sic stare:ostēdit exēplum eius qd̄ apponit.d.vt̄ si locus in quo corpus mobile erat:erat ei cōpetens.nō dimitteret eū nisi sup. violente.⁊ exēplo illud patefacit dicēs.huiōi rōne plenum vento.i.vter inflatus:super faciem aque stantis positū nō mouetur. ⁊ addo:stantis:qm̄ currente aqua cōflueret insimul:sed si arcet.i. in funduꝫ retineat:⁊ post sue nature relinquit:moueret donec super faciem aque ascendit:qm̄ ibi est locus suus cōpetens.⁊ ideo quādo corpus sup.transfert de loco incōpetēti ad locū cōpetentēꝫ mouetur effugiendo de innāli ad nālem : ecce qūo hoc exemplum manifestat errorē littere.⁊ ꝓpter hoc mihi accidit laboꝛ in cōmento istius libri: qm̄ nō reperio sermones eius emēdatos:ꝑ qd̄ nolebaꝫ scribere: scio tamen ad minus ex meo cōmēto haberi principiū inuestigādi verita/tem:⁊ iō vidētes me nō debēt me detestari:ſꝫ prius cōsiderare totuꝫ (Unde ex hoc)Cum accepit maiorē vel aliquid loco eius: ⁊ explana/tione illius per exēplum.hoc in loco recolligit conclōnem: ⁊ minoꝛis ꝓbationē.d.vt̄/ex hoc pōt ꝯcludi ꝙ motus circularis nō est natura/lis:⁊ accepit ꝓbationē minoꝛis:⁊ tacuit illā.erat eniꝫ minoꝛ: ſꝫ mo/tus celi nō est de loco violento ad locum naturalē:⁊ hanc ꝓbat:⁊ po/test syll'us cōponi.nullus motus cuius corpus motū caret situ.deter/minato est de loco violento in locum naturalē:sed motus celi ⁊ vni/uersal'r oīs mot⁹ circularis est corꝑis carētis situ determinato:⁊ hāc tangit.d.nullum enim mobile circulariter situm habet determina/tuꝫ:imo vnde venit illuc redit.Cōcludit ergo tertiū mēbꝛū.d.rema/net ergo ꝙ motus orbium sit sine dubio voluntarius:⁊ sic pꝫ p̄ia rō ꝑipatheticoꝝ ⁊ q̄ mihi difficilis fuit expositio eius.

AVERROIS.



Dicim⁹ nos q̄ id q̄d posuit. vʒ. q̄ oē mobile aut mouetur a se aut ab alio corpore extrinseco: ꝛ q̄ iste motus dicit violētus. dicimus q̄ hoc veruʒ est: ꝛ cōcedi dʒ: sʒ id q̄d dixerat q̄ oē mobile a se est necessariuʒ q̄ suū mouens differt a mobili. Dicim⁹ q̄ hoc nō est notū p se. imo est pbabile. Et phi insudātſe circa ppōneʒ dicenteʒ q̄ oē mobile a seipso hʒ mouēs cōsistēs in eo q̄d differt realr a mobili. Silr nō est notuʒ per se q̄ si oē mobile moueat a mouente extrinseco q̄ pueniet ab mobile q̄d de seipso moueret: he sunt ppōnes Alg. ducte tanq̄ note de seipsis: sed ſm veritatē quedā ipsaꝝ sunt note: quedā vero sunt cōclusiones sylloꝫ: sed id q̄d dixit. vʒ. q̄ id q̄d mouet a se nō a corpe extrinseco: aut mouet a sua nā aut a quodā pncipio: ꝛ q̄ impoſſe est q̄ mouet a re extrinseca sepata vt puta ab aliquo incorporeo. Dicimus q̄ nō est notū p seipsuʒ: sed id q̄d dixit. s. q̄ oē mobile a seipso mouetur sine dubio a quodaʒ principio in eo. vʒ. natura aut voluntate: dicimus q̄ est veruʒ. declarato q̄ h̄ nō fit aliq̄d mobile a seipso in loco nisi fuerit in loco non cōpetenti sibi: tūc enīʒ mouet donec attingit locū cōpetenteʒ: postea quiescit. dicim⁹ ergo q̄ est veruʒ. Jd tñ q̄d dixit. vʒ. q̄ mobile circulariter nō hʒ locuʒ cōpetenteʒ neq̄ incōpetenteʒ vt transferatur de vno ipsoꝝ ad aliuʒ: dicimus q̄ quasi notuʒ est de seipso. Unde optime dixit in hoc q̄d dixit q̄ nullū mobile circulariter mouetur natura. Sed id q̄d dixit. vʒ. q̄ illud q̄d non naturaliter mouetur sine dubio mouet ab aīa vel virtute anime. Dicimus q̄ ſm veritateʒ aīa nō attribuit supcelestibus corporibus nisi equoce: ꝛ sapientes vt pluriṁuʒ posuerunt nomē aīe sup oēm virtuteʒ actuʒ intellectualē h̄nteʒ vel ordinatū seriatiʒ: sʒ cauebit sibi pōere hoc nomē in supcelestib⁹ corpib⁹: q̄ꝛ ipsa corpa dāt hāc virtutē regēteʒ in oibus entib⁹: ꝛ ab eis influunt in cūctis creatis īferiori/

bus. vñ dicim⁹ q̄ declare corp⁹ celeste esse aiatū ab hac rōne via est q̄ sumit̄ ab Aui. s₃ antiq sapiētes aliā hñt viā in dicto ꝓposito q̄ sine dubio nobilio: ꝛ clario: est ista.

¶ Illud qđ Auer. h̄ dicit ē manifestū p se: q: vō in vbis est pauca obscuritas: bonū est breuib⁹ ipsu₃ exponere. inq̄t g̃. dicim⁹ nos q̄ id qđ posuit q̄ oē mobile aut mouet̄ a se: aut ab alio corpe extrīseco. ampli⁹ q̄ iste mot⁹ sup. a corpe extrinseco cātus est violēt⁹: dicim⁹ q̄ hoc vez est: ꝛ ꝯcedi d₃. hec g̃ disiūctiua apud Auer. ꝯcedi d₃. oē motū aut mouet̄ ab extrinseco aut ab extrinseco. ampli⁹ cōcedi d₃ hec cathegorica


Dubitatio. oīs mot⁹ a corpe extrinseco est violētus. ¶ Sed dubitabis qdē: qm̄ elm mouet̄: ꝛ tñ nec a se ꝛ p se: vt Auer. inq̄t sepi⁹: nec ab extrinseco. Rursu₃ elm mouet̄ a gñante saltē qñ fit: vt Auer. ait in. 8. phy. cō. 4. ꝛ tñ nō violēte. ¶ Jō debetis scire breuiter ex eis que dixi vobis in

Solo. expōne. 8. phy. q̄ moueri a se scđo req̄rit. s. motorē cōpletū q in rōne mouēdi nō indiget altera. ꝛ ipsu₃ motū cōpletū qđ inquātū recipiēs motū nullo extrinseco egeat. ꝛ ideo elm nō mouet̄ a se: qm̄ eget ex pte vtriusq₃: nunq̄. n. agēs. i. forma elemēti mouet ipsu₃ nisi aliqđ extrinsecū ei⁹ motū incitaret. U. g. remouēs ꝓhibens vel gñans adhuc ex pte moti: qm̄ vt Auer. dicit in. 8. cō. 30. motū qđ est mā nō est motu₃ cōpletū: qm̄ ipsa nō resistit forme mouēti: ꝛ iō indiget medio rōne cuius mā efficit̄ forme graui resistēs: sicut ipse inquit in. 4. physi. cō. 71. ergo elm ꝛ si diuidit̄ in motorē ꝛ motū nullū illoz est ī actu cōpleto: qm̄ tam motori q̄ moto deficit. Aial ergo erit mot⁹ a se: qm̄ ex parte motoris nullo īdiget in rōne agētis: ꝛ dico in rōne agētis: qm̄ ī rōne finis indiget vt appetibilis pñtia: vel apud imaginatiōe₃ saltē: vt dicit Arist. in lib. de aīa. ergo nullo eget in rōne agētis nec ex pte moti: qm̄ motū in eo est in actu cū secluso medio. fit adhuc resistēs. ergo vocat̄ motū ex se ꝛ a se ꝛ p se. ly p se. ergo vel ex se notat priuatōe₃ cuiuscūq₃ extrinseci in rōne agētis vel patiētis. ergo mouet̄ a se: q: h₃ tā a pte agētis q̄ a pte moti sufficiētē rōnē mot⁹. ¶ Scđo dēs scire q̄ mo-

Moueri ab extrinseco ē duplex. ueri ab extrinseco pōt intelligi duob⁹ modis ꝑm fundamēta Ari. vno mō p circūscriptōe₃ cuiuscūq₃ req̄siti ad motū tā q̄ agētis: ꝛ tā q̄ patiētis. ꝛ sic oē motū ab extrīseco violēter mouet̄: vt p₃. alio mō itelligi pōt ab extrinseco p circūscriptiōe₃ ipsi⁹ agētis tm̄: ꝛ sic pōt motū ab extrīseco moueri nālr qñ ei rñdet passu₃ iclinatū: sicē ī ethicis dcm̄ est. ¶ Ad opposita g̃. Ad pmū dō₃ q̄ Auer. ꝯsiderās motorē pncipalē elri. ꝛ motū pncipale ꝛ eēntiale. s. formā ꝛ mā₃ dixit q̄ñq₃ elta moueri a seipsis nō p se: s₃ p accñs. vult dīe nō virtualr: sed ptialr: vt in multis locis p₃: ꝯsiderās vero q̄ñq₃ in eoz motū necītatē extrīseci medij ꝛ agētis dixit sepe illa moueri ab extrinseco. ꝛ p hec p₃ ꝯcordia dcōꝝ Auer. ꝛ sol. argumēti. ¶ Ad scđ₃ obm ex scđo appet. (Sed id qđ dixerat) adhuc circa ꝓpōne₃ aliā Alga. insistēs inq̄t: sed id qđ dixerat q̄ oē mobile a se est necessariū q̄ suū mouēs differat a mobili. vult dicere q̄ oē motū a se ab alio mouet̄. est ꝓpō per se nota. obijcit huic. d. dicimus q̄ hoc nō est notu₃ per se. ly est ꝓbabile: ꝛ phi insudāt se circa ꝓpōne₃ dicentē q̄ oē mobile a seipso h₃ mouēs ꝯsistens in eo qđ dr̄t essentialr a mobili. vult dicere q̄ Ari. laborauit in ꝓbādo hāc in. 7. ꝛ 8. phy. sir nō est notū p se q̄ si oē mobile moueat̄ a mouēte extrinse-

eo ꝙ perueniret ad mobile qđ de se mouet.i.ad pͥmũ mobile ex se. hę sunt ꝓpōnes Alg. ducte tanꝙ note ꝑ seipsas: sed ꝑm veritatē qdā ipsaꝝ sunt note: qdā vero sunt ꝯclones sylloꝝ: vt pꝫ. (Sed id qđ.) Apponit iudiciũ suũ circa aliud. ⁊ ingt. sꝫ id qđ dixit. vꝫ. ꝙ id qđ mouet a se: nō a corꝑe extrīseco: aut mouet a sua nā: aut a qdā ꝑncipio. ⁊ ꝙ ipōle est ꝙ moueat a re extrinseca sepata vt puta ab aliq̄ incorꝑeo. dicim⁹ ꝙ nō est notũ ꝑ seipsuʒ. vult dr̄e ꝙ lꝫ sit veꝝ: nō tñ est notũ ꝑ se. ꝙ sit veꝝ. pꝫ: qm̃ res incorꝑea nō ē extrīseca a suo moto. vt in octauo dcm̃ est. (Sed id.) Adhuc circa aliud verbũ ingt: sed id qđ dixit. s. ꝙ oē mobile a seipso mouet sine dubio a qdā ꝑncipio in eo. vꝫ. nā aut volūtate dicim⁹ ꝙ est veꝝ: declarato. i. accepto ꝙ hoc nō sit aliqđ mobile a seipso in loco nisi fuerit in loco nō cōpetēti sibi. tūc. n. mouet donec attigit locũ cōpetētē: postea quiescit. dicim⁹ ḡ ꝙ est veꝝ. (Id tñ qđ.) Rursuʒ verificat aliud verbũ ⁊ dicit. illud tñ qđ dixit ꝙ mobile circulariter nō hꝫ locũ cōpetētē: neqꝫ incōpetētē vt trāsferat de vno in alterũ dicim⁹ ꝙ q̄si notũ est de seipso. vñ oportet dixit in hoc qđ dixit ꝙ nullũ mobile circulr̄ mouet nālr̄ vsqꝫ huc sermo ei⁹ erit fere manifestus ꝑ se: neqꝫ volebā exponere eũ: attñ dixi ꝑ modũ sũme: post trāsit ad vltimũ dbũ. ⁊ dic: sꝫ illud qđ dixit. vꝫ. ꝙ illud qđ nō nālr̄ mouet nec violēte. sine dubio mouet ab aīa vel virtute aīe. dicim⁹ ꝙ ꝑꝫ vitateꝫ aīa nō attribuit supcelestib⁹ nisi equoce. sꝫ sapiētes vt plm̄ posuerunt nomē aīe sup oēm virtutē hñteꝫ actũ intellectualē vl̄ ordinatū feriatiꝫ. vult dicere ꝙ ꝑipathetici intelligūt ꝑ aīam illud qđ est ꝑncipiuꝫ intelligēdi vel ordinate viuēdi. oē. n. viuũ aīatũ est: vt dictũ est loco eius. est ergo maior. oīs aīa est ꝑncipiũ regēdi corp⁹: tūc accepit q̄si viꝫ minoris: ⁊ ingt: sꝫ cauebit sibi ponere hoc nomē ī supcelestib⁹ corꝑib⁹: q2 ipsa corꝑa dant hāc virtutē regētē in oīb⁹ entib⁹: ⁊ ab eis influit in cūctis cātis. est ḡ minor: sed forma celi nō est ꝑncipiũ regēdi corp⁹ celeste. ḡ in scđa figura forma celi nō est aīa. minor ꝓbat. ⁊ intēdit hanc rōnem: id qđ influit aliis regimē ⁊ vitā nō est ꝑncipiũ regēdi suũ corp⁹. sed forma celi influit regimē ⁊ vitā oīb⁹ reb⁹. ḡ forma celi nō regit suũ corp⁹. maior pꝫ: qm̃ cā ⁊ cātuꝫ nō ꝯueniūt in vna rōne vt pꝫ. ⁊ sic appet sermo eius. addit. vñ dicim⁹ ꝙ declare corp⁹ celeste esse aīatuꝫ ab hac rōne via est que sumit ab Aui. sed antiq sapientes aliaꝫ hñt viā in dicto ꝓposito: q̄ sine dubio est nobilior ⁊ clarior ista: vt dicet. Pꝫ ergo ex his qualr̄ aīa dr̄ de celesti ⁊ gñali equoce equocatiōe sumpta penes cāꝫ ⁊ cātuꝫ: vt loco eius declarabit. ¶ Hic pñte esse q̄ōnes nō paruē: sed in fine disputatiōis. querent multũ copiose; qm̃ hic tanꝙ in transitu procedo.

ALGA. DVB. II.



It Alga. in istis tñ que diximus pħoꝝ noīe arguenduꝫ est duobus modis vel forte tribus: primuꝫ qm̃ nos dicemus ꝙ corpus celeste forte mouetur ab alio corpore qđ mouet ipsuꝫ cōtinue. ⁊ si sic. ergo celi non mouent voluntarie: neqꝫ sunt animati.

¶ Proponit Alg. se velle instare duob⁹ vel trib⁹ modis ɔtra pipatheticos. ⁊ p̄ arguit oñdẽdo dcã pipatheticoꝝ nõ eẽ necia. ⁊ inqt. nos dicimus ꝗ corp⁹ celeste forte mouet ab alio corpe qđ mouet ipsũ ɔtinue. vult dr̃e ꝗ ex sermõe eoꝝ nõ appet q̃re corp⁹ celeste nõ mouet ab alio corpe ɔtinue ⁊ semp. ⁊ vbi sic ab aduersario dicetur celi nõ erũt aĩati nec volũtarie moti: ⁊ sermo ei⁹ est manifest⁹ p se in hoc caplo.


AVERROIS.



Nos dicimus ꝗ hoc est falsũ. declaratum est enĩ a phis ꝗ extra orbes nihil est neqꝫ corpus neqꝫ aliud. Neqꝫ etiaꝫ põt poni aliquid infra celũ. ibi nãqꝫ nõ sunt nisi quattuor elemẽta q̃ a celis mouent: ⁊ nõ celi ab eis. Ampli⁹ si illud corpus moueret oporteret sine dubio ꝗ moueretur ab alio: ⁊ esset de eo qđ de primo.

¶ Obijcit Auer. rñsioni Alg. ⁊ subtilr̃ p phoꝝ dcãte ris argumẽti stat in hoc. si corp⁹ celeste mouet a corpe distincto ab eo: vel illđ ẽ ex̃ celũ: vel infra celũ: nõ ex̃ celũ: qm̃ declatũ est ex̃ celũ nullũ esse corp⁹: neqꝫ plenũ neqꝫ vacuũ demr̃atiue: vt in his q̃ de celo dixit Ari. pꝫ. nõ ĩfra celũ: qm̃ infra celũ nõ sunt nisi elñta ⁊ aĩalia: nullũ aũt istoꝝ mouet celũ. imõ qđlꝫ istoꝝ mouet a celo. ğ nullũ istoꝝ corpoꝝ infra ipsũ pt mouere ipsũ. ğ celũ nõ mouet a corpe. Ampli⁹ arguit ⁊ virt⁹ argumẽti est: qm̃ oẽ corp⁹ in mouẽdo mouet: vt dcm̃ est ⁊ demr̃atũ in. 7. physi. q̃re petẽdũ a quo mouet. ⁊ sic eẽt de eo qđ q̃ de celo ẽ. his duob⁹ argumẽtis relinqtur rñsio Alg. impolis: ⁊ sermo eius est manifest⁹ p se.

ALGA. DVB. VII



Et Alg. scđm vero qđ dicimus ꝗ motus omniũ est violentus: ⁊ ꝗ principiũ ipsius est diña voluntas. nos nãqꝫ dicimus ꝗ corpus moueri deorsum est violentũ: sed ex diña coartatione: ⁊ silr̃ dicimus de motibus alioꝝ corporũ inanimatoꝝ. Et si forte aliqs petat quare magis aliqua corpora appropriant in voluntate diuina q̃ alia. Dicimus ꝗ declaratũ est a nobis. vꝫ. ꝗ a voluntate antiqua nã est aliqua appropriate. Etiã petendũ est ab eis de cã appropriatiõis ptiũ motuũ supcelestiũ. vꝫ. quare diurnus mot⁹ est erga occñtem: ⁊ firmamenti motus erga orientẽ: ⁊ non ecõuerso. silr̃ de partibus mundi: vt ibi dcm̃ fuit: ⁊ multa alia petenda sunt hoc mõ.

¶ Inducit Alg. scđaꝫ obiectiõeꝫ. ⁊ dic. dicim⁹ ꝗ mot⁹ orbiũ ẽ violẽt⁹ ⁊ ꝗ pncipiũ ipsi⁹ est diuina volũtas. nos nãqꝫ dicim⁹ ꝗ corp⁹ moueri

